

A

Phryn. 56



In libris Hugonis Deckert.

~~1878~~ 89134

G

BIBLIOPOLIS  
F. Jacobs.



# PHRYNICHII

ECLOGÆ

Ag. Bil. Elsay: 80023

## NOMINUM ET VERBORUM ATTICORUM,

CUM VERSIONE LATINA PETRI JOANNIS  
NUNNESII ET EJUSDEM AC DAVIDIS  
HOESCHELII NOTIS:

UT ET

NOTIS JOSEPHI SCALIGERI IN PHRYNICHUM  
ET NUNNESII NOTAS.

CURANTE

JOANNE CORNELIO DE PAUW,

QUI NOTAS QUOQUE SUAS ADDIDIT.



ΠΑΝ/ΜΙΟΝ ΙΩΑΝΝΙΝΟΝ  
ΦΙΛΟΣΟΦΙΚΗ ΣΧΟΛΗ  
ΛΟΓΑ. ΚΛΑΣΣ. ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ  
ΑΙ ΑΡΧΑΙΑΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

TRAJECTI AD RHENUM  
Apud JOANNEM. EVELT.  
MDCCLXXIX.

L 7 3 9





# L E C T O R I.

**R**arus est Phrynichi Libellus de Dictionibus Atticis cum Nunnescii & Hoeschelii Notis: Rarissimæ sunt Scaligeri Notæ in Phrynichum & Notas Nunnescii. Inde est, quod cum constituerim Græcos Scriptores minus obvios prelo iterum submittere, ut qui antea a paucis legebantur, mox ab omnibus legi possent; ad ea etiam edenda non gravate accesserim. Primus, qui Phrynichum in lucem protraxit, fuit Zacharias Calliergus, usus Codice non malo, sed minus locupleti, quam postea usus fuit Nunnescius: qui sane fallitur, cum ista Calliergi pro Epitoma habuit; ac si ea, quæ ex Libro suo edebat, Phrynichi Eclogas exhibere possent integras. Nam qui leviter modo & hæc & illa considerat, videbit statim a Calliergo data non magis pro Epitoma habenda esse, quam data a Nunnescio: Liber Nunnescii, ut dixi, plura continuit, & in eo quædam, quæ sane opus integrius referunt; sed talia etiam in Libro Calliergi, ut quisque videt: Quare una est utriusque Editionis indoles, & Epitoma non magis hæc, quam illa. Calliergus Alphabeti ordine Phrynichum edidit serie continua; quem in duos Libros divisum cum tertii initio promiscue edidit Nunnescius: Iste ordo Alphabeticus sitne a Calliergo, an a Calliergi Libro, incertum est: quanquam ubi ad ea attendo, quæ ad V. Ηρακλέα, Αὐτότροφος, Ζύτραν, Οδηποτῶν, Φιλόλογος noto, inclinatur animus ut eum a Calliergo esse suspicer. Illud certum, Librum Nunnescii satis negligenter concinnatum esse:



P R Æ F A T I O.

se: Nam & Libri tertii initium continet, quæ duobus Libris præcedentibus jam dicta erant, & in ipsis illis duobus præcedentibus extant etiam, quæ male geminantur: Vide, quæ ad V. Βασίλισσαν & V. Γελάσιμον scribo. Unde non inepte colligi potest, & ea, quæ Calliergus, & ea, quæ Nunnesius dedit, excerpta esse ex integro opere, quæ vel paucius, vel copiosius descripta sunt: Auctor, qui ipse opus suum condit, fatuus esset, si in eo ita se gereret. Quin & Liber primus ita finitur, ut ipsa confusio statim sese prodatur, & non Auctorem, sed Excerptorem & quidem minus accuratum, nobis demonstraret. Verba Phrynichi paucis additamentis excerptis, ubique retenta esse credo, neque incongruum proinde est, quod ad V. Εντέχνης noto: ipsaque additamenta accessisse eo probabilius, quo de Excerptore sumus magis certi. De eo etiam non dubitandum, quin multa in Libro Calliergi rectius scripta fuerint, quam in Libro Nunnesii; idque aperte evincunt ea, quæ in Notis ad loca singula monuimus: Accurate scilicet Editionem Calliergi cum Editione Nunnesii contulimus, diversitatesque omnes exacte adeo notavimus, ut in hac Editione nostra illam Calliergi dederimus simul, nihilque in ea restet, quod jure desiderare possis: Id autem cum facere etiam debuisset Nunnesius, perperam ab eo neglectum est, eoque evenit, ut in locis quibusdam male cespitaverit, quæ inoffenso pede facile transire potuisset, si Calliergi Editionem consuluisset. Notas quod attinet, eas scripsimus breves, quia Aliorum editæ jam sunt satis proluxæ; neque disputationes instituimus verbosas cum Phrynicho de vocibus singulis: Nam quid illis proficiamus contra Nasutulum, qui ut alios non commemorem, Menandrum Atticis credidit imperitum, & pro Auctore habuit minime bono? Committendi sunt illi Grammaticastri Genio suo irato, & qui Diis faventioribus nati sunt, istis contemptis sequi debent Auctores antiquos, qui Lingua patria scripserunt apte & concinne,  
scr-



## P R Æ F A T I O.

servata ubique Linguæ Analogia: Hoc dictum sit breviter, cum longe plurima, ut nemo nescit, ea de re dici possent. Atque hic finem Præfationi imponere possem; sed agendum mihi est iterum cum Orbiliolo Amstelædamensi, qui anno præterito tandem Librum in me edidit talem, qualem ab improbo & deliro Grammatico exspectabam. Videamus ea, quæ sunt alicujus momenti, breviter & animo vultuque sereno: Indignus enim est homullus, cui vel ego, vel alius quisquam succenseat paulo generosior. Scis Magistellulum edixisse publice, *se post Deliaca DOCUMENTIS CERTISSIMIS COMMONSTRATURUM, Autorem Versionis Epigrammatis Græci ad Sapphus res facientis, & Scriptorem Epistolæ de etate Codicis Philæ, NON ESSE EUM, quem Joan. Corn. Paauw in Aristæneti Epistolarum præfatione TEMERE ET MALIGNE COMMINSICITUR.* Idne præstitit tandem in Vanno & Vanni Epilogo? Dicant audacter & vere: Ea, quæ probanda in se susceperat, non modo non probavit, sed etiam probare ne quidem potuit: Id luce meridiana clarius constat ex Theophrastea præfatione mea. Et quid igitur videtur, Lector? An non meretur Grammaticaster, ut ab omnibus honestis & probis habeatur pro pessimo Sycophanta, & perpetua notatus infamia inter improbos & intestabiles oberret? *Scriptorem Epistolæ temere & maligne comminisci, facinus est atrox: id mihi objecit publice; id documentis certissimis se probaturum spondit publice: Quam temere, quam maligne, una Vlamingii Epistola evidentissime probat: Æquissimum igitur, ut saltem poenam subcat improbus, quam mitiora Legum decreta in ejusmodi Sycophantas statuunt. Quæ de literis datis ad me & Clericum scribit, nunc nova non videbuntur cuiquam: Qui nec honestatem, nec humanitatem norunt, ita loqui, ita agere solent. Inter officia, quibus me obstrinxerit misellus, illud commemorat pag. 7. Vanni: Obtuleram quoque collationem ejusdem Poëtæ (Anacreontis) a me ad antiquissimam & fere unicum membranam Vaticanam*



P R Æ F A T I O.

*institutam: indicaramque multas J. Barnesio & aliis incognitas lectio-  
nes in ea observatas. quam tamen Pavum, ut librariorum solummodo  
aberrationes continentem, temere sprevisse suo loco adparebit. Quam  
honeste & vere, apparet ex his verbis Epistolæ Orbilii, quam  
post missum Anacreontis exemplar ab eo accipi: Gratias habeo  
pro munere museo. Si prævidere potuissem te collationem Vaticanam  
adeo mutilam possidere, vel si me de talibus auxiliis compellasses, que-  
dam in commune conferre potuissem. Quid ais, Lector? Potuitne  
turpius mentiri Sycophanta? Atque hoc mendacium ejus manife-  
stum noto lubens, ut videas, quid reliquis hominis pessimi nar-  
ratiunculis tribuendum sit: quæ ut nihil acerbius dicam, nunc  
sane omnes tibi falsi suspectæ esse debent, nisi probationes acce-  
dant perspicuæ & indubitata: Id ratio suadet, & æquitas postu-  
lat: Sic eas refellere non necesse. Unum illud verbo monendum:  
In præfatione Theophrastica scripsi, Orbilium id artibus sibi inge-  
nitis effecisse, ut oratio, in funere Clerici a Wettsteinio habita, de-  
scripta fere typis, suppressa & strangulata sit, ne laudes Viri defun-  
cti, quas pauci Amstelædami audiverant, omnes ubique legrent. Id  
merum mendacium, mera calumnia est, si improbum audias in Van-  
ni Epilogo pag. 635. Alio plane, inquit, spectavit: & quodcunque  
illius Sermonis argumentum fuisset, eadem acta fuissent. Cur illud  
alio non explicuit, & quo spectavit verbis perspicuis non dixit?  
Sic de mendacio & calumnia judicare potuisses, Lector. Quæ  
acta sunt, scio, & cujus rogatu acta sunt: Ea autem faciunt, ut  
credam, alio non spectasse revera, quam quo spectasse scripsi. Pro-  
gredior ad Epigramma Anonymi in Sapphonem, cujus facies nunc  
plane mutata est, & in quo pro ineptiis nunc summam elegantiam  
quærit Orbiliolas. Pag. 39. Vanni scribit homo: Musas hic lo-  
qui & Sapphonem dormientem induci, quisque ad lectionem primam  
perspicit, & sic ego & Cl. Wolfius accepimus. Ne credas, Lector:  
Sic de Mōra in Versu primo non cogitasset, & in Appendice  
μᾶδες saltem de vitio habuisset suspectum. pag. 25. legimus, quod*

CON-



## P R Æ F A T I O.

*confirmat me non adeo absurde coniecisse hic ab Auctore inscriptionis & appendixis lectum fuisse Μοῖσα pro Μοῖρα, quamvis ego, ut patet, probavi semper Μοῖρα: cum hæc vocabula centies a Librariis commutata sint; & ALIOQUIN NON ADPAREAT UNDE INSCRIPTIO ET APPENDIX FINGI POTUERINT. Nam in TOTO EPIGRAMMATE NIHIL DE MUSIS, UT HODIE EXSTAT, MEMORATUR, & ab ipso Auctore appendix & inscriptio profectæ esse mecum Pavoni non videntur. circa quam tamen suspicionem quoque οὐκ ἄρτια βάζει. Si inscriptio & appendix fictæ sint ex Μοῖσα, nihil in illis, quod ad Musas loquentes pertinere possit; & is qui inscriptionem & appendixem ex Μοῖσα finxit, de Musis loquentibus cogitare non potuit: id enim prohibebat omnino Μοῖσα in ipso Epigrammate extans. Retento autem Μοῖρα, in toto Epigrammate, inquit Orbilius, nihil de Musis memoratur: Et unde igitur perspicacissimus Magistellus produxit Musas loquentes, quas ex inscriptione & appendice, prout eas intellexit, producere non potuit? Hic hominem mendacissimum aperte tenemus, qui Musas in Epigrammate loqui tunc primum scivit, quum inscriptionem a me recte explicatam vidit: De illis loquentibus antea ne somniavit quidem, & ἐν αἰμίῳ ex hypothefi sua non potuit alio referre melius, quam ad ipsos Græcos: qui scilicet loquebantur in Epigrammate, non Musæ. Nugas, quas de inscriptione Epigrammatis effudit barbatulus, mitto: Illud perridiculum est & sane notandum, quod Εἰς Σαπφῶν κοιμωμένην, ἢ Εἰς Μυσῶν hic probasset eo, quo explicui, sensu, improbet vero Εἰς Σαπφῶν ἢ Εἰς Μυσῶν, κοιμωμένην: ac si ista positio vocum differentiam induceret, & tale Hyperbaton, si Hyperbaton sit, tolerari posset nullo modo: Alia magis implicita occurrunt sæpe apud ipsos politiores, quæ enodanda, non improbanda, si sapiamus. Inscriptio porro sine dubio vel ab ipso Auctore est, vel ad illam ipsius Auctoris accommodata fuit ab alio: Appendix vero mihi videtur alterius, hominis recentioris & ineptuli, cui ego absque ullo metu tribuere audeo Μοῖσ' ἑμαθον δ' εὖ, ὅς.*





P R Æ F A T I O.

ὅς μοι ἐνύπνιον ἤλθεν ὄνειρος : Sic de his ἀρτία βάζω, & missis ineptiis scribo, quæ nemo improbabit, cui sanum est sinciput. Οὐκ ἄρα σοὶ γε ὀλίγον ἐπὶ κλέος ὤπασε Μοῖρα Ἡματα, τῷ πρῶτον φῶς ἴδες αἰετίς. Solæcum dixi Ἡματα, τῷ : id ita explicat Orbilius, ac si voluissem ἥματα, τοῖς : Hominem ineptiorem non novi : qui pro ἥματι, τῷ ita ut hic legitur in Libris, scribit ἥματα, τῷ, eum pro lectione bona dare lectionem Solæcam, tunc dixi & nunc dico. Quid autem Magistellulus? ἥματα, τῷ Solæcum esse negat, & τῷ pro ῶ, ἐν ῶ χρόνῳ positum esse scribit advocato Bosio : Perquam stolide & inepte : An quod bonum est alibi, bonum quoque est hic? Ostendat Orbiliolus locum, ubi præcedente temporis nota & ipso ἥματι, ita subaudiatur & subaudiri possit χρόνῳ : sic in admittenda Ellipsi non erimus difficiles : quam nunc absque ullo iudicio allegans, errorem errore pueriliter cumulat. ἐπὶ κλέος. Hoc rectum : alterum ἐτι κλέος ineptum & pravum : Quis οὐκ ἐτι σοὶ vertat Græce doctus non aliis, sed etiam tibi? Nemo, nemo : Sic tamén Orbilio!us, qui ut commentum insulsum statuminet, encomium hoc in peplo aliorum Epigrammatum in Poetas collocatum suspicatur, ut revera medium invenitur inter Epigramma in Alcæum & alterum in Homerum, & inde vim istam vocis ἐτι accersit : Stulte & ridicule : Nam ubi ita connectuntur Epigrammata? ubi particula ἐτι ita ἀπλῶς a persona ad personam transitur? Nullibi, nullibi certe. Lepidum vero, quod ex ipso ordine sequitur : Præcedit, ut ipse Orbilio!us monet, Epigramma istud in Alcæum, Ἀλκαίης τάφος οὗτος, ὃν ἔκτανεν ἡ πλατύφυλλος Τιμωρὸς μοιχῶν γῆς θυγάτηρ ῥάφανος : quod scilicet egregium Poetæ continet encomium, & cui proinde alterum hoc Epigramma in Poetiam cum connectente ἐτι perbelle subicitur. Quid ais? Nonne cum deliris sapiunt, qui talia conscribillant caperata fronte? Aliud : ἥματα οὐκ ὀλίγονα ἐπὶ κλέος ὤπασε, quod ego jure improbavi, Grammaticaster explicat *videturam semper gloriam tribuit* : Vidistine ineptius, ubi vim præpositionis ἐπὶ tentent ipsi pueri? At mox sub-



## P R Æ F A T I O.

subjungit, *sed minus placet propter ambiguum sententiam, qua & possit his versibus indicari, videri longam vitam futuram Sapphoni: cum de ejus longævitate mihi non constet: imo contrarium fiat verisimile.* Una & sola est verborum sententia, quam ambiguum vocat Magistellus post alteram commentitiam: Hoc ridiculum profecto. Sed magis, imo maxime ridiculum, quod sequitur, *Quicquid sit, nihil hic a me peccatum, & semper Poëta Græcus dicit, quod Latinus vates, qui cecinit, Quem tu Melpomene &c.* Nam quid hic Musa, quid hic Melpomene, ubi Μοῦσα in Græcis explicat? Scilicet cum hæc scriberet, plane iterum deliravit miser, & quid scriberet, nescivit ipse: Apparet etiam ex comparatione; de qua notula sequenti.

ὤπασε Μοῦσα. Hoc optimum: ὠπασε Μοῦσα pessimum: Nam Parcarum munia nemo unquam tribuit Musis. Id tamen comparat Orbiliolus cum istis Horatianis, *Quem tu, Melpomene, semel Nascentem placido lumine videris, Illum non labor Isthmius Clarabit pugilem; non &c.* Quid censes, Lector? Nonne in comparando est perquam facetus? tibi sane, ut mihi, ista videbuntur longe dissimillima. Sed cum manu mollicula ista pingeret Magistellus, non erat, ut dixi, apud se. Versu tertio κείσιν ἀφθιτον, quod in Libris est, non muto. Poëta sine *judicio* infans est, & κείσιν in Poëtria absque dubio laudare potuit Epigrammatis Auctor: ἀφθιτον est *incorruptum, integrum*, ut ἀφθαρτον: Glossæ Labbæi, ἀφθαρτος, *incorruptus, inviolatus.* ἀφθαρτα, *inlibata, intemerata.* φθίω, φθέω, φθείρω, non differunt, & hic in ἀφθιτον, ut mox in φάμας ἠπεδανὰ, Sermonis proprietatem & Analogiam secutus est Auctor: Qui talia mutant, vel suspecta habent, eo ipso ostendunt, se in Linguæ Græcæ cognitione parum profecisse. Orbilius in Vanni Epilogo pro κείσιν reponit ῥῆσις: quod nemo paulo cruditor probabit: Nam ῥῆσις, *dictum, sententia*, in numero singulo pro *carminibus*, revera ineptit, & sequens μέλψαι aperte respuit. Antea in Vanno cum amico conjecerat κροῦσις: quod æque bonum: Nam κροῦσις est citharæ

\*\*

ræ



P R Æ F A T I O.

*ra* pulsatio, & nihil aliud: ea autem non convenit hic, quia pro  
 Poëtria sic habebimus Musicam; pro ea, quæ carmina paugit &  
 canit, eam, quæ citharam pulsat & modos Musicos edit solos:  
 aperte contra mentem & scopum Poëtæ, qui sine dubio Sappho-  
 nem laudare voluit propter ipsa carmina, non propter modos Ly-  
 ricos, ut ex sequenti *Μέλψαι* evidenter etiam constat. Apud Plu-  
 tarchum de *Μουσικῃ*, *ἡ κρούσιν* & *ἡ μέλος* ita distinguuntur, ut  
*κατὰ κρούσιν* modos Lyricos habeat solos, *κατὰ μέλος* præter modos  
 Lyricos etiam cantum: Ista distinctio quoque docet, quam alie-  
 na ab hoc loco sit *κρούσις*, quæ cantum excludit omnem. Adhæc  
*κρούσιν ἀφθιτον*, *pulsationem æternam*, per se male sonat, & si  
 paulo diligentius attendamus, utrumque, & *ῥῆσιν ἀφθιτον* & *κρού-*  
*σιν ἀφθιτον*, nimium dicit ante *Μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν* &c: quia  
 id omne complectitur, quod istis dicitur; & si *ῥῆσιν ἀφθιτον*,  
*κρούσιν ἀφθιτον* haberet Sappho, non posset non *Μέλψαι δ' αἰείδιμος*  
*ἐν πάντεσσιν* &c: id certum & perspicuum: Nostrium *κρίσιν ἀφθια-*  
*τον* frugalius, & ita comparatum ut alia commode sequan-  
 tur. *ἐνεύσαμεν*, quod pro *ἐν οὔμεν* & *ἐνοῦ μὲν* substituit Orbi-  
 liolus, dignum est Morbonia: Nam sic ineptissime transitur a  
 Parca dante ad Musas annuentes, & tota sententia pessime turba-  
 tur: *Οὐκ ἄρα σοὶ γε ὀλίγον ἐπι κλέος ὤπασε Μοῖρα, Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ*  
*κρούσιν* vel *ῥῆσιν ἐνεύσαμεν ἀφθιτον εἶναι*: Quis ita locutus est un-  
 quam, & in reddenda ratione ita commutavit unquam personas?  
 Nemo sane, nemo. Recte nos, *Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ ἐνεῖμεν τὴν κρίσιν*  
*ἀφθιτον εἶναι*: *Σὺν δὲ πατὴρ* &c: Sic enim post *Μοῖρα ὤπασε*, *ἐνεῖμεν*  
 de Parca, & *νεῦσεν* de Jove sequuntur appositissime, nihilque est,  
 quod sententiæ verborumque ordini officiat. Quæ Magistellulus  
 garrit de Versu & transpositione vocum, non moror: Versus  
 duriores sunt plurimi, & transposita in Libris occurrunt pas-  
 sim. Pro *εἶμεν* rescripti *εἶναι* vel *εἶμεν*: Id mirum in modum  
 displicet Grammaticastro, quia *εἶμεν* Doricum est purum putum.  
 Quis credat? Doros in modis infinitis non ferebant literam *ιῶτα*:  
id.



id Grammatici testantur uno ore, & nemo paulo eruditior nescit: unde igitur Doricum εἶμεν? Dicam: Libri sunt membranacci, in quibus εἶμεν & εἶμες pro ἤμεν & ἤμες reperitur: inde Dorismus ille novus. Rideo, & rideo apertis labiis: Nam si Libri, quos nunc habemus ab Amanuensibus descriptos, Dialectorum fines regere possint, de earum latifundiis actum est, & omnia in posterum incerta erunt & vaga. Sibi igitur habeat Orbiliolus charissimum illud εἶμεν, quod ego non probabo, etiamsi Libros mihi producat centenos, quia Dorismi indoles obstat, & Antiqui Grammatici contrarium asserunt, nec in eorum Scriptis quicquam tale reperitur. εἰ & η millies confusa sunt: isti confusione ego adscribo εἶμεν & εἶμες pro ἤμεν & ἤμες, neque interpolatis & corruptis utor. Unde vero rescivit Miser, Dorice conscriptum esse Epigramma, in quo tot Dialectus communis, quam Dialectus Doricæ sunt vestigia? Ego rem in medio reliqui, ideoque τὴν ex Libris retinui.

De ἐρισφάραγος verbum. ἐρισμάραγος pro ἐρισφάραγος Orbilio non adscripsi: id probat *corrigitur*, quo usus sum: ἐρισφάραγος autem & collo elato prætulī, quia id melius convenit nutui, qui capite peragitur, quam ἐρισμάραγος, ipseque nutus eo signatior, quo collum est prolixius. *Collum procerum* laudant Veteres. Notissima sunt verba Homeri Iliad. A. Εἶδ' ἄγε, τοὶ ΚΕΦΑΛΗ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθης. & Οὐδ' ἀτελεύτητόν γ', ὅ,τι κεν ΚΕΦΑΛΗ κατανεύσω. quibus subjicitur, Η, ἢ κυανέησιν ἐπ' ΟΦΡΥΣΙ νεῦσε Κρονίων, Ἀμβρόσια δ' ἄρα ΧΑΙΤΑΙ ΕΠΕΡΡΩΣΑΝΤΟ ἄνακτος, Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο. ΜΕΓΑΝ δ' ΕΛΕΛΙΞΕΝ ΟΛΥΜΠΟΝ. Neque ignota sunt illa Aristotelis in Physiognom. Οἷς τράχηλος παχὺς ἢ πλέως, θυμοειδεῖς ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς θυμοειδεῖς ταύρας. Οἷς δὲ εὐμεγέθης μὴ ἄγαν παχὺς, μεγαλόψυχοι ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς λέοντας. Οἷς λεπτός, μακρὸς, δειλοί ἀναφέρεται ἐπὶ τὰς ελάφους. Notissimum quoque illud Philostrati in Heroicis, τὸ δὲ λῆμα ἔστι Ἀχιλλέως δηλοῦσθαι φησὶ ἢ πρὸς ἔστι ἀνύχενος εἶναι γὰρ δὴ ὀρθόν, ἢ ἀνεσηκότεν. Ea aliaque gemella ante oculos habens, præcedentia ista de nutu & voce ἐρισφάραγος scripsi; Recte sine dubio



& decore: At vile Lector, quot deliramenta inde enata sint Orbiliolo. Ego ea referre nolo, ne tempus male perdam: tu lege, & ride. Unum tamen non possum, quin adscribam: Paulo enim occultius, & longe facetissimum est. De cane legitur apud Calabrum Lib. 14. V. 282. ἐὼν σπαργεῦσα γάλακτι: ubi cum Dausquejus scripturiret σφαργεῦσα pro σπα.γεῦσα, dixi σπαργεῖν ἔσπαργαῖν magis trita esse ἔσ nota, quam σφαργεῖν: eo nempe sensu, de mammis lacte distentis: quod cum apertissimum sit, delirans Magistellulus istis meis allevit hæc bella: *At, Pavo, si vox σφαργεῖν tibi inter minus nota, quidquamne te in Græcis scire credemus? vox enim passim obvia ἔσ notissima. pro qua Theocr. Idyl. XVII. 94. ἀσφαργεῖν de armorum sono habet. Mammæ scilicet strepentes & sonoras novit Polyhistor, easque cum peregre abesset, tractavit, credo, aliquoties: Utinam locum designaret! multi eo contendrent, opinor, ut sonum istum prodigiosum auribus acciperent.*

Versu quinto. μέλψαι δ' ἐν πάντεσσιν. Dixi homullum rogantem, *Quid sibi vult μέλψαι? an posuit pro μέλψε, ἔσ id pro μέλψη?* ignorasse imperativum perquam notum: id negat ille, scribens pag 34. *Solemus ita de locis corruptis loqui, ut tu ipse Pavo, qui bene scribendi ἔσ.* Corruptum scilicet est μέλψαι, & de ejus intellectu aliquis paulo humanior dubitare potest, præsertim si Musas loquentes in Epigrammate sibi observaverit: Nihil stultius aut impudentius unquam vidi. Pergit tamen pag. 35. *At Græci sermonis non ignaro lectori omnino hic requiri futurum sedebit, nec ullum locum habere posse imperativum. futura enim in utraque lingua sæpe quidem pro imperativis: at non imperativi pro futuris ponuntur: quod si pergat pugnare laudatus Cloacius Verus pro suo imperativo, novus tertiusque candidatus suffragium meum feret, nempe Aoristus infinitivi activi: cui forte ἔσ ipse favisset, si magis novisset, quam infinitivum εἶμεν ab εἶμι. nam hic infinitivus posset obtinere locum imperativi Pavonini. Sed omnino nego imperativo locum hic esse. series sententiæ futurum requirit.* Quis talia



## P R Æ F A T I O.

ralia legens, a cachinnis absteineat? Ita cornicari solent Magistelluli, cum velum vitreum ignorantiae suae prætendunt. M . . .

μάθεις, θεός μοι ἐνύπνιον ἤλθεν ὄνειρος. Scribendum esse ἔμαθον, certius est certo: θεός ineptit, & Musis loquentibus regei non potest: ὅς μοι ἐνύπνιον ἤλθεν ὄνειρος apertum est & bonum. Qui nugas amat, de his etiam Orbiliolum legat pag. 59. Vanni. Et hæc iterum de Epigrammate isto: De aliis Epigrammatibus, quæ in Vanno adducit Pædagogus, agemus alias opportunius. Perigamus: ἀλέντων ab ἀλίσκω deducens, errorem infantilem commisisse videor Orbilio: *Vann. pag. 61.* Ineptit Magistellulus: Harpocraton in Lexico, Νεαλῆς, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοτέλους, ἐπιγνήσιος. ὁ νεωστὶ ἐαλωκῶς ἔτις ἐλέγετο καὶ μεταφορᾶν τ' ἀπὸ τ' ἰχθύων. Etymolog. M. Νεαλῆς, ὁ νεωστὶ ἐαλωκῶς ἰχθύς. Eustathius ad οὐδ' ἄλλα δοίης Homeri Odyss. P. λέγουσι δὲ τινες πῶς τ' ἄλλα, καὶ νεαλῆς τὸ ἀλοὶ νεωστὶ πεπασμένον. οἱ δὲ γε πῶς προσφάτις καὶ νεαρῆ καὶ νεαλῆς γράψαντες, καὶ ἕτεροῦν τι τὸ νεαλῆς οἶδασι. πρόσφατον μὲν κρείας φάμενοι, πῶς τ' τὸ φάσαι ἤγαν φονεῦσαι, ἔθεν καὶ φάσανον. νεαρὸν δὲ ὕδωρ, ἔ ἀρύνειν ἐγκειμένε τῇ λίξει. νεαλῆς δὲ, τὸ νεωστὶ ἐαλωκός. Hesychius in Lexico, Νεάλῆς, νεωστὶ ἀλίσκεως. Gujetus ibi, *Ἄν νεαλῆς, vel νεαλῆς, a νεαλῆς seu νεαλός, quod ex νέος ἔ ἄλω, unde ἄλωμι, ἀλίσκω, ἔς? Recte: ἀλίσκω est ab ἄλω, & non potest esse ab ἀλίω: ἄλω, ἀλίσκω: ἄλω, ἀλίω.* Neque dubitandum, quin ipsum ἀλίω pro ἀθροίζω, etiam sit ab ἄλω: ἄλω, ἀλίω, ut ἄλω, ἀλόω: ἄλέω, νίτο, & ἄλημι, erro, istam significationem promere non possunt. Fuerunt inter Grammaticos antiquos, qui ἀλέντων, ἀθροισθέντων, adspirabant: illi ab ἄλω & ἀλίω participium deduxerunt mecum: Et ista adspiratio adhuc frequens in Libris nostris: Videbimus alibi distinctius.

In Anacreonticis Od. 9. V. 35. pro ἀπελθε scripsi ἀπελθω: id etiam pro puerili errato habet Orbiliolus: *Vann. pag. 64.* Nihil ineptius & puerilius unquam legi: Nam ita ubique Græci: Chorus in Euripidis Medea V. 1273. ἀκούεις βοᾶν; ἀκούεις τέκνων; ἰὼ τλαῖμον, ἰὼ κακοτυχῆς γυῖ;

\*\* 3;

104.



P R Æ F A T I O.

να. Παρέλθω δὲ μὲν ἀρῆξαι φόνον Δικεῖ μοι τέκνοις. Alia non ad-  
scribo, ne ipsi pueri me rideant, ut hic possunt & debent certe  
Magistellulum.

Alius error infantilis in διζηται apud Ca-  
labrum a me commissus: Vann. pag. 65. Dicam uno verbo: il-  
lud *sed minus etiam necessarie* in addendis, errorem levem & vix  
memorandum tacite corrigit, & eo animo ibi a me positum est:  
*minus etiam necessarie* scilicet, quia & δίζομαι & διζημαι dicitur.  
Structura verborum, quam locus Calabri exhibet, subjunctivos a-  
mat: id properantem sefellit. Ipsum δίζημαί a me lectum sæpe, qui  
ignoraverim?

Alius iterum error infantilis, de quo infans  
Orbilius mira: *Anaposphoros* ex *Anotisphoros* facti apud Vibium Se-  
questrem: id adeo ineptum, ut nihil magis: Vide Vannum pag.  
71. 72. 73. nam hic, ut ubique, garrulus est miser. Os ei ob-  
turabo paucis: *Bosphorus* frequentius occurrit in Libris, quam  
*Bosporus*: eo respiciens, *Anotisphoros* ea parte non mutavi, & ἔ  
*Bosphorus* memini. Ipse Vossius in Tractatu de literarum per-  
mutatione: *P* mutatur in *F* vel *PH*. *Bosphorus*, βόσπορος. ac si re-  
vera ita scribendum esset. *Anaposphoros* autem, ut μογοστόκος, θεός-  
δοτος, θεοσεχθρία, θεοσκυνεῖν, θεόσκελος θεόσκελος, θεόσφατον θεόσφα-  
τον, πυρπαλάμη, πυρπαλάμος, κεράσχειλος, κεράσβολος, μυσπολεῖν,  
μύσφορον, γηπάτιαλθ, ὕστριξ, & quæ id genus habemus plu-  
ra.

Vann. pag. 51. *Ad Hērphæstionem quoque* p. 33. in not.  
p. 124. vocem Πᾶν Πανός. *Pan Deus. fecisti adjectivum Πᾶν πάν-  
τος. ἔστ* vertisti totum. *Vin'* ut ἔστ. Delirat Magistellulus: Nam  
Turnebus ex Libris suis edidit, Χαῖρ' ὦ χρυσόκερως βαβάκτα γάλ-  
λων. Πᾶν Πελασγικὸν ἄργος ἐμβατεύων. quod ego secutus fui: Non  
male. Locus enim Comici potuit diversimode fuisse scriptus, &  
in quibusdam extare Χαῖρε χρυσόκερως βαβάκτα κήλων. Πᾶν, Πελασ-  
γικὸν ἄργος ἐμβατεύων, in quibusdam vero Χαῖρ' ὦ χρυσόκερως βαβάκ-  
τα γάλλων. Πᾶν Πελασγικὸν ἄργος ἐμβατεύων: eadem sententia,  
eodemque intellectu Παν: cuius nomen non necesse, ut adsit:  
atque adeo differentiam inducit nullam Παν, vel hoc vel illo mo-  
do



## P R Æ F A T I O.

do scriptum. Cum voce κήλων aliter se res habet: & melius certe βαβάκτα κήλων, quam βαβάκτα γάπων, dici videtur Pan: Sed ubi verba ex Comœdia petita sunt, cujus indolem novimus, in ipso βαβάκτα γάπων jocus latere potest, quem studio captavit Comicus, coque intuitu non modo non deterius, sed etiam melius esse βαβάκτα γάπων altero βαβάκτα κήλων: imprimis si de Parodia cogitemus, qua nihil frequentius in Comœdia: Sic enim ineptulum festive lusit Cratinus, qui ita de Pane alicubi locutus fuerat. Juvat autem, quod γάπων secretius sit, quam κήλων, & proinde non ab Amanuensibus, sed ab ipso Auctore videatur profectum. Quicquid sit, πᾶν totum vertens non erravi, neque lectio ab illa Turnebi diversa, adeo certa & indubitata est, ut sibi persuasit delirans Magistellulus. Vann pag. 80. de Bentlejo in Menandreis emendationibus p. 8. ad corvos cum tua maledicentia; dignus es patibulo. Hic plus quam delirat improbus: Idne de Bentlejo scripsi? En ipsa verba mea, ut judices Lector: *At Clericus ille ediderat, scio, καβρώνια, quod non poterat non displicere Viro Egregio (Bentlejo) cui quicquid a Clerico proficiscitur, summo opere displicet, verum sit, nec ne. Quæ barbaries, EXCLAMAS, quæ inhumanitas! sed linguam COMPRIME, QUISQUIS ES. Illene inhumanus, illene barbarus, qui singula fere, quæ Dalecampio, quæ Casaubono exprobrare poterat, soli nunc exprobrat Clerico, adeoque uni, cum poterat tribus? Ad corvos cum TUA maledicentia, DIGNUS ES patibulo. Eadem hominis improbi vesania in eo, quod sequitur: pag. 10. devoto scelestissimo mastigia.. Verba mea iterum adscribam, ne dubites Lector: — ἀμφιβλήσρω περιβάλλεται. An ita Versus Jambicus vel Trochaicus erecto corpore incedere potest? Proh dolor! ubi es, Phileleuthere, cum tua Stentorea voce? Cur si- les? hic est iterum aliquid, in quo dentes tuos acuere potes. An legendum forsitan, ut nunc VICES TUAS OBEAM, sed devoto prius scelestissimo mastigia, qui post Jungermannum, Cubniam, Hemsterbuisium, hæc virulenta potuit concoquere, — ἀμφιβλήσρω περιβάλλεται.*

Παί.





P R Æ F A T I O.

Πχι. — *Nosti*, MEA SUAVITAS, secundam in ἀμφιβλήσῳ corrumpi liquidæ interventu. Ut mea suavitas respicit Bentlejum, ita sceleratissimo mastigia respicit Clericum, quem ad mentem Petri Burmanni ita appellavi ludens: Hoc vident pueri: hoc videre non potuit Grammaticaster vesanus: qui ita perstitit in ista vesania sua, ut in fine Epilogi scribere non dubitaverit denuo, *Nec tamen joci nostri eo progressi fuerunt unquam, quod in celeberrimo & nunquam male de se merito Britanno Aristarcho fecit iste, ut ceu scelestum mastigiam devoverim. Tam longis tibiis soli Pavoni canere licet, libetque.* Quid ais, Lector? Nonne dignus est Heros, cum quo homo integræ frontis & sanæ mentis serio litiget? Pag. 88.

Vanni. δὲ μέσς καθίζειν, quod in Horapolline scripsi, barbarum censet. Me miseret Magistelluli: εἰς μέσον παρίεναι est in publicum prodire: idque adduxi, ut δὲ μέσς illustrarem: Recte. Nam si μέσς ita in διὰ μέσς accipiatur, statim καθίζειν δὲ μέσς perspicuum est, & collocare in publico vel publicum significat: Similiter quippe δὲ accipitur in notissima illa Grammaticorum locutione, δὲ μέσς κῆται, διὰ μέσς τίθεται: de qua videre potes Henricum Stephanum in Proparasceue ad lectionem Schol. Thucydidis. Pag. 103. Vanni. *Sed infeliciter philosophatur & alio loco circa rosam. Carm. 53. Anacreont. vers. 41. legimus: Μακάρων θεῶν ὄμιλος ἀπέτειλεν ἐξ ἀκάνθης τὸ ῥόδον.* cœtus Deorum rosam oriri fecit ex spina. contra quod corollarium ita insurgit Dialecticus noster: “Sed an eo posito recte sequitur &c.” Hic quoque improbum & ineptum se prodit Orbiliolus: Nam ad ἤνθισσε, quo Crisis mea nititur, non attendit, & verbum illud Poëtæ cum verbis meis eo pertinentibus, neglexit pessima fide: Inspice Notas, & Magistelluli improbitatem & stultitiam ride. Quæ eadem pag. scribit de istis Anacreonticis, ἰδε πῶς ἕαρος φανέντος χάραττες ῥόδα βύβουσι, inepta quoque sunt, & Crisim meam ne leviter quidem tangunt: Vident, qui judicio valent, & ista Grammaticastri superant captum, Pag. 108, Vanni. *Erras ergo crasse, &*

*cum*



*iam àη caligo efferrī masculine, & cum àη aer negas feminine re-  
 ste adhiberi.* Stephanum sequor in Thesauro, Etymologici M.  
 Auctorem, alios: Eustathius ad Iliad. E. illo ipso loco, quem  
 hic mihi opponit Orbiliolus, ἰσέον ᾗ ὅτι οἰκεῖον τῇ Ηρα, τὸ ἥερα  
 πουλὸν χεύειν, ὡεὶ ἥε καὶ ἀλλαγῆ ρηθῆσεται ὅτι ἥερα πῖτνα πρόθε βα-  
 θεῖαν, ἀορασίαν δηλαδή τινα ἐξ ὀμίχλης, ἥτις ἐπιταθεῖσα, καὶ ἰουκτὴ  
 ἴοικε. Δηλυκῆ δὲ γένεσις ἰωνικῶς κἀνταῦθα εἶναί φασιν οἱ παλαιοὶ τὸ ἥερα  
 πουλόν. τοιοῦτον δὲ πρ καὶ τὸ θῆλυς ἐέρση, καὶ ἡδὺς αὐτμή. Stultus est  
 homo.

*Pag. 230. Vanni. Et primo àλην conjicit, quæ vox  
 rursus peccat, ut vox ἀλιώτερος, &c. àλη vox simplicissima, dis-  
 convenit Socco: Nihil ridiculum magis. Non legit Magistell-  
 ulus, quæ nasutus Phrynichus de vocibus Menandreis scribit,  
 neque differentiam tenet, quæ est inter Comœdiam antiquam &  
 novam. Ea judicium etiam requirunt subactum, quo plane de-  
 stituitur misellus.*

*Pag. 231. Vanni. Dum propudiosis istis  
 Ἰπμελέω & ὤμελέω intenti fuimus, negleximus aliud vitium in  
 Græca Rudimenta commissum: ibi enim ab eodem ὤμελέω deducit  
 ὤμελέτωσαν, quod inde &c. Ita perperam editum: ipse scripse-  
 ram ὤμελεῖτωσαν. In isto opusculo errores sunt in Græcis plu-  
 res: notabo quosdam. pag. 16. pro ὁ νῆς γάρ ἐστιν λαλήσων Θεός  
 scribendum ὁ νῆς γάρ ἐστιν ὁ λαλήσων Θεός. pag. 19. pro Σ majus-  
 culo, S majusculo. pag. 22. pro Ως σὺκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἀσμένως,  
 Ως σὺκ ἂν ἐκδοίη θυγατέρ' ἂν ἀσμένως. pag. 44. pro τῷ βορέα Ἰπι-  
 τιμήσας, τῷ βορέα Ἰπιτιμήσας. pag. 49. pro ὡς ἔχειν καλῶς, ὡς ἔχειν  
 καλῶς. pag. 60. pro Εἰς ἴσον δ' ὄγκον σφάδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ, Εἰς ἴ-  
 σον δ' ὄγκον τῷ σφάδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ. pag. 107. pro — — Σο-  
 φῶν ἀνδρῶν (ἔσι) τὸ τοῖς φίλοις λέγειν τἀναγκαῖα, — σοφῶν ἀν-  
 δρῶν (ἔσι) τὸ τοῖς φίλοις λέγειν τἀναγκαῖα. pag. 108. pro Λι-  
 θρωπ' pro ἀνθρώπῳ, ἀνθρωπ' pro ἀνθρώπε. pag. 127. pro ἔτι με-  
 ταῦτα προσετίθην ἀκηκῶς, ἔτι γε ταῦτα προσετίθην ἀκηκῶς. pag. 132.  
 pro Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώποισιν σὺκ ἀνθρώπος ὢν, Σὺ λαλεῖς ἐν ἀνθρώ-  
 ποῖσιν ὡς ἀνθρώπος ὢν. pag. 143. pro Ἀπόλωλεν ἐν ἑαυτῷ γ' ἐὰν σκο-  
 πῆ, Ἀπόλωλεν ἐν ἑαυτῷ γ' ἐὰν τοῦτο σκοπῆ. & eadem pag. pro cui  
 \*\*\*  
 simi.*



*similis est alter Num. 54.* τὸ κακὸν ἀφαιρῆ, τὰ γὰρ θὸν ἢ λαμβάνει  
*cui similis est alter Num. 54.* Κεκύνηκέ τις, οὐ κεκύνηκέ τις ἠτύχηκε τις.  
 pag. 146. pro εἶ ποί, τερ εἶποι. Pag. 255. Vanni. *Imo*  
*plus dicam: ἔκτω ἢ δεκάτω, quod tu substituis, eo sensu est barba-*  
*rum. nam ἔκτω ἢ δεκάτω non significabit sexto decimo loco. sed sex-*  
*to loco & decimo loco. dicendum ἑκκαίδεκάτω. quis unquam Ἔε.*  
 Ipse Agathias Epigrammate in Eustorgium Lib. 3. Anhol. Μη-  
 δὲν ἀπαγγέλλεις ἐς ἀντιόχειαν ὁδοῖτα, Μὴ πάλιν οἰμώξῃ χόματα Κα-  
 σαλίας. Οὐδέκεν ἐξαπίνης Εὐσόργιος ἔλλιπε μῦσαν, Θεσμῶν τ' Αὐσονίων  
 ἐλπίδα μαψιδίην, Εβδομάτον δέκατον τε λαχῶν ἔτος, ἐς ἣ κόνιην Η-  
 μέφθη κεικὴν εὐσαχὺς ἡλικίη. & Epigrammate in Eustathium eo-  
 dem Lib. 3. Πέμπτε ἢ δεκάτε γῶ ἐπιφάσας ἑαυτῆ, Τετράκις ἔξ-  
 μούνας ἔδεσθες ἡελίς. de quo Disticho alias. Auctor Etymologi-  
 ci M. in Διχόμενος, ἐσι ἢ διχόμενης, διχομήνιδος, διχομήνιδι ἢ αἰ-  
 τιατικῇ διχομήνιδι. ἐσι ἢ, ἢ πέμπτη ἢ δεκάτη. Alia inter legen-  
 dum tibi occurrent, Lector: Nam ita posteriores Græci sæpius.  
 Quid autem prohibuerit Agathiam ita loqui in Epigrammate, quo  
 δίβος & σοῦμος a Latinis sumfit ὑλικῶς? Res est nimis lepida.  
 Eodem loco παρομοίως frustra etiam displicet lepidissimo Magistel-  
 lulo: Nam ἄρα similitudinem sæpe in ista voce non minuit: Pha-  
 vorinus in Lexico, Παραπλήσιον, παρόμοιον, παρομοίον, ἀκέλευθον  
 ταῦτα ἢ ἔπι ἔ αὐτῆ σημαίνομεν λαμβάνονται, ἢ δοτικῇ συντάσσονται.  
 ὡς περ δὴ ἢ τὸ ἐμφερὲς λέγεται, ὡς ἢ ἄρα Σοφοκλεῖ, κατ' αὐτὸν ἰδῶν  
 τις ἐμφερὲς ἔμοι, ἀντὶ ἔ ὅμοιος. Pag. 274. Vanni. Pag. 89.  
 Contendit, si per infundibulum tesseræ essent injectæ pyrgo, illas  
 non per gradus pyrgi in fundum tabulæ posse exire. nam isto  
 operculo os pyrgi obstructum fuisset. *Vidistine aliquid anilius?*  
*per colum vasi. ex. gr. infunditur vinum: Ἔ si jam in fundo vasis est*  
*foramen, vinum effluere nequit Ἔε.* Plane deliravit Grammaticas-  
 ter misellus, cum ista scripsit: Nam nec mea, nec Salmasiana  
 intellexit, quanquam longe apertissima. Salmasius pyrgum &  
 fritillum rem eandem esse credidit, & tesseræ per infundibulum



## P R Æ F A T I O.

In pyrgum immiffas, non ex perforato pyrgi fundo in tabulam exiiffe, fed concuffas a ludente, ex ore pyrgi iterum in tabulam emiffas fuiſſe ſtatuit: Vide notas ad Proculum Vopiſci pag. 754. 755. 756. 757. Eum refutans, ſcripſi, quæ in Diatribe de *Aiea* legere potes, longe diverſiſſima ab illis, quæ delirans Orbiliolus ſibi confinxit. Ineptiæ autem ſunt meræ, quas de perforato pyrgi fundo crepat Morſio, neque Salmaſii ἡθμὸν vel leviter confirmat lectio Palatina, *τειχθαδίας ἀδόκητα βαλὼν ψηφάδα ᾗ ἰθμῶ*: Nam ἀρ ἰθμῶ propius accedit ad ἀειθμῶ, quam ad ἀπ' ἡθμῶ: id ipſi cæcutientes vident. . . . . Pag. 272. Vanni ad locum Scho-

liaſtæ Euripidis: *φοινίκια διδάξας ἤγεν αὐτοῖς*. Pro *φοινίκια* ſcripſi *χοινίκια*: Quid Orbiliolus? *Homo*, inquit, *ineptit*. *φοινίκια hic nihil aliud ſignificant, quam literas: vide Heſychium*. Heſychii locus eſt notiſſimus: Sed quid *literæ* ad præcedens *ᾗ* ἢ *διανομὴν* ἔσπευτε *δυσχεραίνόντων τε καὶ σαſιαζόντων*, & ſequens *ἴσθη τε καὶ ἀνεπίληπτον* ἢ *διανομὴν ἐν τέτοις ἐπερχματεύσατο*? Vidiftine ineptius? Adhæc *φοινίκια* reſpiciunt literas Phœnicias & Cadmeas: Quid iſta etiam ad Græcas & Palamedeas? Nugæ, & Orbilianæ nugæ. Pag.

268. Vanni. *Alterum pag. 68. ex illis erroribus dicit eſſe, quod luſorem victum ad lineam ſacram, tanquam ad ſacram anchoram, confuſiſſe ſcripſit, & parcœmiã notiſſimã ita peſſime temeravit. bona verba quaſo, o Copriæ, nec ita contumelioſe hunc, quicumque ἔστω*. Apud Eufſtathium eſt, *παρετείνετο δὲ φηſι δι αὐτῶν, καὶ μίση γεγραμμή* ἢ *ἱερὰν ὠνόμαζον ὡς ἀνωτέρω δηλῶται, ΕΠΕΙ ὁ ΝΙΚΩΜΕΝΟΣ ΕΠ' ΕΣΧΑΤΗΝ ΙΕΤΑΙ*: Iſta adſcripſi in Diatribe mea, & aperte probant, quod de altero illo errore dixi poſt notatum primum. Quid jam Magiſtellulus? Adſcribit ſequentia illa, *ὄθεν καὶ παροιμία, κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερῶς, λίθον δηλαδὴ, ὅτι τῶ ἀπεγνωſμένων καὶ ἐχάτης βοηθείας δεομένων*: quæ cum præcedentibus cohærere non poſſunt, & dubio procul ab Eufſtathio ſunt ex aliorum Commentariis deſumta; iſſque contra me utitur. Poteratne ſtultius & improbius? Pag. 271. Vanni. *Provoco Pavunculum, ut hæc*

\*\*\* 2



P R Æ F A T I O.

*Alcæi verba.* ἴν δ' οὗτος ἐπικρέκει κινήσας τὸν πείρας πυκινὸν λίθον, nisi transponat & immutet, ulli metro Aristophanico adaptet. Nil paratius: Distingue modo, — ἴν ἢ οὗτος ἐπικρέκει κινήσας τὸν πυκινὸν λίθον —, Metrum Aristophanicum habebis statim. πῆγες nimis Comicum mihi visum propter πυκινὸν: ideo πῆγες prætulī: in quo non dubito, quin perspicaciores mihi adserpientes habeam.

Pag. 275. Vanni. *Mox dexterrimus Me-* sbanicus explicat nobis τὰ ἑπτα κοκκία, septem illa grana, planetas septem representantia, & suspicatur esse tesseras tres & quatuor talos. quæ grana &c. Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 757. quem secutus sum: In his de Alea ubique plus quam delirat infelicissimus Pædagogulus.

In Diatribe mea pag. 104. scripseram: ΠΑΤΡΩΛΟΣ. *Quid hoc? an litera transposita scribendum πατρώλης? πατρώλης vel πατρώλης, patri exitiabilis.* Ad ista Orbiliolus pag. 277. Vanni: *Non potuit inscitius. nam primo an formæ πατρώλης ulla vox occurrit? sed deinde an ipsa vox πατρώλης usquam extat? demum an &c.* Rideo, rideo hercule. Etymologicon M. in V.

Ἀπολείς, ὄλω, τὸ ἀπίδω, τὸ παθητικὸν ἔλομαι ὁ παρρησιαστικὸς, ὠλόμην, ὠλου, ὠλεο, ἢ ἀπώλετο. ἢ ἔλω ὁ μέγλων, ὄλω ὁ δεύτερος ἀόριστος, ὠλον ὁ παθητικὸς, ὠλόμην, ὠλα. & in V. Οὐλομένην, ἢ ὄλω τὸ οὐλος, ὁ ἐλέθερος, γίνεται οὐλω οὐλήσω. ἢ ὄλω τὸ ὄλω ὄλέσω ἢ παθητικὴ μετοχὴ τὸ θηλυκῆ, ὄλεμένη ἢ ὑπερθεσει, οὐλομένη ἢ ὄλω τὸ ἀποκύνω ἢ πλεονασμῶ τὸ ὕ ἢ ἔσι μετοχὴ ἀντι ὀπθητικῆ ἐνέματος τὸ ὄλον. ὄλω antiquum pro ὄλλωμι: inde πατρώλης & πατρώλης, vocabula bona & Analogice facta. πατρώλης autem active sumtum, ut ἐξώλης: Aristophanes in Pluto Versu 442. Πενία γὰρ ἐσιν, ὧ πείρη' ἢς οὐδαμῶ οὐδὲν πέφυκε ζῶν ἐξωλέερον. & in Ecclesiastus. Vers. 1045. Τῆτο ᾧ ἐκείνυ τὸ κακὸν ἐξωλέερον. cui similis est Versus sequens 1062. *Inscitius igitur non potuit ipse Magistellulus, qui in Græcis nec antiqua intelligit, nec nova* Pag. 292. Vanni. Orbilius: *ab ἀβρῶς, ἀβραμῖς, piscis, quam vocem animadvertit Sentflebius, & inde ἀβραμίας, ut a πηλός, πηλαμῖς. Ineptit Pædagogulus: Ab adjectivo ἀβρῶς non potest fieri ἀβραμῖς:*



## P. R. Æ F A T I O:

μῆς: id certum. πηλαμῆς a substantivo πηλός, aliud: Unde verè apparet, id factum esse ab uno πηλός? Grammaticus in Etymologico M. Πηλαμῆς, ὡς τὸ ἐν τῷ πηλῷ μύειν. πηλαμῆς ille pro πηλαμῆς, aliter de Etymo sentiens, quam Magistellulus noster: Et sane vix ac ne vix credo, ita Græcos formasse vocem, ut a πηλός sit πηλαμῆς. Aliud latet, si Grammaticum istum non audiamus: Visne suspicionem? πηλαμῆς dictum, ut σκωραμῆς: σκωραμῆς vas, in quo σκῶρ: πηλαμῆς vas, in quo πηλός: illud nomen autem datum minori thynno, quia moratur & pascitur in luto. Ad rem apprime Plinius lib. 9. hist. natural. cap. 15. *Thynni mares sub ventre non habent pinnam. Intrannt a magno mari Pontum verno tempore gregatim, nec alibi foeticant. Cordyla appellantur partus, qui foetas redeuntes in mare autumno comitatur. Limosæ vero a luto pelamides incipiunt vocari, & cum annum excessere tempus, thynni. Limosæ nomen Græcum pulchre exprimit, & piscem denotat, qui ex luto quasi conflatus est, ideoque vas lutæ dicitur non illepide: Hoc quisque sentit. ἀβραμῆς similiter dictum esse pro ἀβρά μῆς de pisce Nilotico, neutiquam mihi fit probabile: Quare nomen illud semper pro peregrino & Ægyptiaco habui: quod cum a ludo Græco sit remotius, levissima mutatione ἀβραμῆς scripsi, & sic *barbara* cum Græcis commutavi: Facinus enorme & stultum, si misellum Grammaticastrum sequaris. Pag. 293. Vanni. *Inscite præterea κικκός . . . κλέπτης, διαχώρησις mutat, nesciens κικκός ejusdem originis esse cum κίξλης. quam vocem Hesych. bis φῶρ, κλέπτης, &c. Etymologus iterum ridiculus: κίξλης non est a κικκός, sed a κίχω, quod πορεύομαι, καταλαμβάνω, φέρω, significat: Vide ipsum Hesychium in κίξαντες & κίξατο, ut & Etymologum in κίχάνω. κικκός plane aliud, & κίξιος dictus τέλιξ a voce. Non inscite igitur, sed scite, κλέπτης mutavi in illo loco. Salmasius, ut notum, præiverat. De ὃ τε κ, quod in Suidæ Lexico restitui, Vannus pag. 295. non ignorant pueri te hic locum nullum habere posse, & hominem cum putida emendatione sua**



P R Æ F A T I O.

*exsibilant.* Misellum ista scribentem ego cum pueris exsibiló :  
 τε sine dubio locum habet, & διτλὸς οὖν ὁ κύβος ἀναεπιούμενος,  
 εἴτε κενὸς, εἴτε πλήρης εἴη ἢ ἰδίως ὁ κενὸς scabrum est, legendum-  
 que esset saltem, si ipsum εἴτε abesset, διτλὸς οὖν ὁ κύβος ὁ ἀνα-  
 επιούμενος, εἴτε κενὸς &c. *Id,* dicam denuo, *pueri decennes sci-*  
*unt.* Pag. 296. Vanni. *Dein inepte* Ἀχιλλεύς δὴώ πρᾶfert  
 τῷ Ἀχιλλεύς δὴώ. *nam dactylus centies in tertio pede locum habet.*  
*mallet* &c. Delirat, delirat miser: mea inspice modo. Sic au-  
 tem sæpius ille, ut videbis, si ea, quæ scripsi, sedulo cum Or-  
 bilianis compares. Quæ eadem pag. subjungit, ut Bentlejum in  
 Menandreis male corrigentem, καὶ ἀειδισάτωσαν. σ'. ἀπὸ κρονῶν  
 τελῶν, defendat, adeo improba sunt & inepta, ut nihil revera im-  
 probius & ineptius excogitari posset. Ipse Bentleyus Dactylum  
 in loco quarto Versus Jambici admiserit? Absit, absit: Nam ita  
 nemo, cui innotuerunt Jamborum leges. Adducit tamen Mo-  
 rio ex Aristophanis Ecclefas. Jambum istum, τῆς τεσσαρακοστῆς,  
 ἢν ἀπίεσ' Εὐεπίδης: ac si res inaudita exemplo stabiliri posset  
 uno, & quidem depravato: Sine dubio enim cum Viro Erudi-  
 to ibi legendum ἐπίεσ' Εὐεπίδης pro ἀπίεσ' Εὐεπίδης. Van-  
 nus pag. 311. 312. 313. 314. Ut miles Petronianus, hic umbras  
 cædit lepidissimus Magistellulus. φληναφῆς, quod Sermonis A-  
 nalogia mihi suggestit, pro φλήναφος in Libris hodie non occur-  
 rat, ideone errorem commiserim notandum ab eruditorum quo-  
 quam? Nihil ridiculum magis & Scholasticum: In eo autem solo  
 hæreret error: Nam in aliis ne erroris quidem sunt vestigia. Dicam  
 breviter: σκίραφῆς, an σκίραφῶ sumas, res eodem redit: Nam a  
 Σκίρα & ἀπλομαι est σκίραφῶ, ut a θάπλω, ἄταφῶ, a ράπλω,  
 ἄρραφῶ, a βάπλω, ἄβαφῶ, &c. ἀνέπαφῶ norunt etiam omnes,  
 ab ἀπλομαι, tango. σκίραφῶ igitur idem, quod σκίραφῆς & σκί-  
 ραπλὸς. Ut autem φληναφῶ & nugas & nugatorem notat, ita  
 σκίραφῶ & improbum & improbitatem: quin & eodem errore  
 Grammatici ex σκίραφῶ appellativo, quod aleatorem notat in  
 ge-



## P R Æ F A T I O.

genere, sibi *perperam* (pueriliter errat Orbiliolus, verba mea perspicua non intelligens) confinxerint *σκίραφος* proprium, quo id factum suspicabar ex *σκίραφης*: Hæc omnes intelligunt, & suspensiones meas non subvertunt, sed erigunt. Pessime Grammaticaster, in voce *σκίραφ* ultimam partem modo esse terminationis productionem existimat, ut in *φλήναφ* a *φληνός*, *ἔδαφ* ab *ἔδ*, *ἔπαφ* ab *ἔπ*, *ἔλαφος* ab *ἔλος*: Nam si ita sentias, *σκίραφ* nunquam vel aleatorem, vel aleatoris nequitiam significare potuit: idem quippe *σκίραφ*, quod *σκίρ*, sicuti *ἔδαφ* idem, quod *ἔδ*, *ἔπαφ* idem, quod *ἔπ*, &c: Quid autem ineptius? Aliter se res habet, & sicuti in *σκίραφ*, ita in aliis turpiter hallucinatur Magistellulus: *φλήναφ* venit a *φληνᾶ* & *ἄπτειδης*: *φλέω*, *φληνός*, *φληνός*, ut *δέω*, *δενός*, *δεινός*: Auctor Etymolog. M. in V. *φλήναφ*. hoc evidens fatis. Unde *ἔδαφος*? id ego etiam ad *ἄπτειδης* refero: Nam proprie *pavimentum* sonat *ἔδαφ*, id quod solo cohæret & cum solo connexum est. Quid *ἔπαφ* & unde? Nescio: an etiam ab *ἐφάπιμαι* forte venit, ut *ἀνέπαφ*? Junge Galcum ad Apollodori Bibliothecam Lib. 2. Cap. 1. Ab *ἔπ* certe cum lepidulo deducere nolim. Restat *ἔλαφ*: id idem, quod *ἔλ*, si Orbiliolum audias: quidni? Apud Hesychium legit, *τέλμα*, *τόπ* *πηλώδης*, *ἔλαφ*, *πλέξ*, *ιλύς*. quæ (vide Vann. pag. 489.) ille solus autumat sana, & alii Viri Eruditi corrigunt certatim: phy ineptiæ! Apud Etymologum in V. *ελαφ* legimus inter alia de vocis origine, ἢ ἀπὸ ἔλ, *ἔλαφ*: ubi *ἔλαφ* est *ceruus*, & ultima pars vocis pro terminatione producta haberi non potest, sed aliquid haud dubie intelligendum, quod præter *ἔλ* vocem *ἔλαφ* composuerit: Illum tamen locum inepte adducit ineptulus: qui & de *ψηλαφῶ* addit tandem, quod nemo paulo eruditior probet: Egregia hæc omnia & vere Orbiliana.

Pag. 323. 324. 325. 326. 327. 328. Vanni, de cæsura ex professo agit Scholasticorum decus, quia in Menandreis scripserim, *nam quod tu forte ignoras, ego una cum Eruditionibus*





P R Æ F A T I O.

ribus scio, ultima in τὸν αἰλίον producitur propter spiritum asperum in voce ἀλίσκεται, & vim cæsurae. Ego unde illud & vim cæsurae accesserit, nescio: In meo Autographo certe non habetur, & de cæsura, ut ut accipias, in Jambicis nunquam cogitavi: id audeo & vere assevero. Pag. 329. Vanni. Ex ejusdem ignorantiae fonte & alios turpissimos homini natos esse animadverti. cæsurae enim vi voculae quae apud Latinos, & τὴν apud Græcos producitur, sive &c. pag. 330. 331. 332. 333. 334. 335. Cæsura non potest habere locum in Morosyllabis: id certum & perspicuum, quicquid Orbiliolus, quicquid alii Grammatici garrunt: & frustra proinde syllabæ productio in illis adscribitur vi cæsurae, quæ sine dubio, si vera sit productio, ab alia causa venire debet: Dico, si vera sit productio: Ea de re enim dubito & dubitavi semper, saltem in illis, quæ apud Homerum extant, propter testimonium insigne Masurii Sabini, quod Athenæus habet Lib. 14. Convivii, ἔτι ἢ πρὸς τὴν μουσικὴν οἰκειότατα δέκειντο οἱ ἀρχαῖοι, δὴλον ἢ ἐξ Ομήρου, ὅς δ' ἔσ' τὸ μεμελοποιηκέναι πᾶσαν ἑαυτῶν τὴν ποιήσιν, ἀφροντίστ' τῆς ποικίλης ἀκεφάλους ποιῆσιν ἢ λυγαρίας, ἔτι ἢ μειούρας. Ξενοφάνης ἢ ἢ Σόλων, καὶ Θέογνις, καὶ Φωκυλίδης, ἔτι ἢ Περίανδρος ὁ Κορίνθιος ἐλεγείσποιός, καὶ τῶν λοιπῶν οἱ μὴ πρὸς τὰ ποιήματα μελωδίαν, ἰκπονεῖσι τῆς σίχης τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τῇ τάξει τῶν μέτρων, καὶ σκοπεῖσιν ὅπως αὐτῶν μηδεὶς ἀκέφαλος ἔσαι, μήτε λυγαρίας, μήτε μειούρας. Locus est egregius Musici egregii: Propter μελωδίαν & numeros Musicos Homerus sæpe neglexit Metrum proprie dictum: cujus observantissimi fuerunt secuti Poëtae, qui μελωδίαν & numeris Musicis neglectis, unius Versus & pedum contra habuerunt curam. Unde sequitur, longe majorem licentiam esse in scriptis Homeri, quam in scriptis aliorum Poëtarum, neque ea, quæ apud Homerum licentiora occurrunt, aliis etiam Poëtis tribui posse. Et quid igitur? τὴν in magno Opere revera breve esse suspicor, neque de ejus productione laboro; Melodia enim supplevit, quod syllabæ deerat. In scriptis alio-



## P R Æ F A T I O.

rum, ubi Melodiæ ea non habita fuit ratio, τε breve esse non potuit, & aliquid accedere debuit, quo longum evaderet: id vero, quia cæsura efficere non poterat, quæ in Monosyllabis revera nulla, alia jure tentavi, nec tamen, quia res incertior, quicquam decrevi. Plura de his, & istis Masurii alibi: id Lector, tibi promitto data dextra. Illud unum hic addendum: Quod de τε noto, pertinet etiam ad ϖ, neque de Monosyllabo hoc aliter sentiendum, quam de illo: Quo respiciens, ad Calabrum Lib. I. V. 287. scripsi, *Ev γὰρ εἶ hic εἶ alibi in his Libris Spondeus est: An vi spiritus asperi? Ita εἶc.* Calabri γὰρ οἱ tacite distinguens ab Homericο γὰρ οἱ, de cujus productione non ita dubitasset: Orbiliolus, qui aliter accipit, facit quod solet: vide Vannum pag. 391. Ubique obvium γὰρ οἱ ego ignoraverim: Ride, ride, Lector: res est lepida. *Pag. 336. Vanni. optimi Codd.*

*passim πλόλεμϖ, πλόλις, εἶ similia exhibent. quamvis sæpe variant. sed unus tenor servandus.* Quis docuit Præceptorculum, unum tenorem esse servandum, præsertim si optimi Codices sæpe variant? Nihil stultius. Ego non dubito, quin ipsi Auctores sæpe variaverint, & soni etiam ratio habita fuerit sæpe. Qui sunt liberriore ingenio, mihi adsentientur; alios non curo. *Pag. 338.*

Vanni. *Eodem Libro 14. Vers. 350. legitur pessime εἴηκε θεὸς θαῦμα μέγα εἶc.* Festinans scripsi, *Nam γα in μέγα per cæsuram producto, Versus non est pravus, pro Nam μα in θαῦμα per cæsuram producto, Versus non est pravus: Inde triumphus Miscello.*

*Pag. 340. Vanni. Scilicet Calaber vel ullus Poëta versus minus jucundos sine necessitate pangeret? quantum est sapere! Ineptus est Criticus, qui in Scriptis Veterum venustati ubique studet: Nam sic sæpissime mutat, quæ ipsi Auctores scripserunt manu sua. Apparet ex illis, quæ hodie prodeunt in lucem, dum Auctores vivunt & spirant, nihilque notius vere eruditis. Sed hæc frustra narrantur Magistellulo, qui a regulis suis pendens, sanæ rationi bellum indixit perpetuum.*

*Ead. pag. Vanni.*

\*\*\*



P R Æ F A T I O.

Vanni. *Verum quid designat Lib. 9. V. 101. Μήτε τιν' ἄλλον Ἀ-  
χαιῶν ὑποτρομέειν αἰὲ πατρὸς? Rhodomannus simpliciter Ἔ vere  
Ἔc. Decepit me minus attentum casus quartus μαρναμένους: Ca-  
sus primus μαρνάμενοι in ista constructione frequentior est & ele-  
gantior. τρομέειν autem convenientius sententiæ, quam ὑποτρομέειν:  
Quare si conjectura mea in Libris extaret, eam cum lectione vul-  
gata non commutarem. Quod de altero Calabri loco Lib. 12.  
Vers. 29. addit Orbiliolus, falsissimum esse, tibi apparebit statim,  
ubi Notas meas ibi consulueris. Pag. 343. Vanni. *Sed  
porro ineptulo obstat, quod Juno hic dicatur sedisse in ἄλωῃ, Ἔc. Le-  
pidissima sunt, quæ de ἄλωῃ Jovis & frugibus in cœlo, hic nar-  
rat Magistellulus. Ego αὐλή legendum esse, nunc persuasissimum  
habeo: Ex ea prospectus haud dubie in totum terrarum or-  
bem & omnes mortalium tribus. αὐλή vel atrium palatii, vel  
ipsum palatium. Pag. 346. Vanni. *Vidimus Trochæum  
p. 176. Πρᾶτος ἦν Μούσαις ποικίλος ἠμνοθέτας. Ita operæ: ipse  
scripseram Πρᾶτος τ' ἦν &c. Ead. pag. Vanni. *Jam vi-  
deamus aliquot Amphimacros Ἔc. Amphimacrum in Versu He-  
xametro veteres & recentiores admittunt multi: Eos sequar, quo-  
ties præeunt Libri, & sententia Amphimacrum præ Dactylo vel  
Spondeo diligit. Pag. 351. Vanni. *Crediderim autem nun-  
quam Hexametrum fuisse conditum ab Homero vel alio poëta, cui tem-  
pus deesset ex ipsius poëtæ calculo: Grammaticos autem ignorantes, nec  
Ἔc. Ineptit Magistellulus: Ego cum Masurio Sabino, Versus  
ἀκεφάλους Homeri τ' μελωδίας ῥυθμῶ adscribo, cumque in eo secu-  
tos auguror alios, quia sicuti in syllaba postrema, ita in syllaba  
prima Versus, videbatur aliquid plus licere, quam in syllabis me-  
diis: Alibi ea de re distinctius. Pag. 353. Vanni. *Διυήεις  
pro Ξάνθος apud Calabrum peccat, & stabilire nequeunt, quæ  
Orbiliolus adfert: id vident omnes, qui sunt paulo perspicacio-  
res: Sed objicit mihi ineptulus: Lib. XIV. 641. κελάδοντες &  
χείμαρροι absolute pro ποταμοὶ κελάδοντες Ἔ χείμαρροι. quod ipsi Pa-  
vini,******



*vunculo non displicet.* Et mox: *hic nobis e conjectura sua obtrudit adjectivum pro substantivo, id quod in hoc L. IX. in Codd. exstans recipere non vult, quia alius ἔσ.* Ac si, primo, ista sibi gemella essent; ubi Lib. 14. præcedit, Αἰὲς ἄρ' ἀπ' ἰθαίων ὄρεων μάλα πάντα ῥέεθρα *Eis ἕνα χῶρον ἄγεσκε, & inter illa ῥέεθρα μάλα πάντα* haud dubie erant plura, quæ nomine carebant: cum Lib. 9. de uno fluvio sit sermo, qui celebrior & nomen habebat, & nomine erat designandus. Dein, ac si ibi ita probassem adjectiva, ut differentiam, quæ est inter unum & alterum locum, non indicassem aperte fatis Lectori oculato: cum tamen diserte notula mea habeat, *Epithetum autem pro nomine HIC non displicet mihi, ubi χεῖμαρροι distincte sequitur, ἔ generalius præcedit μάλα πάντα ῥέεθρα ἀπ' ἰθαίων ὄρεων.* Attende, quæso. Orbiliolo stupidiorum & improbiorem Grammaticastrum non novi: Ita ubique Heros.

*Pag. 356. Vanni. Sed subtilissime magister, cur de eo minus cogitas, quam modo in voce ἴδον? Dicam: quia Lib. 9. V. 56. post ἴδον sequitur ἰδέσθαι, & sonum istum similem captare potuit Vir Scholasticus suo jure.*

*Ead. pag. Vanni. Ut autem temporibus truncat, sic etiam semipedibus auget aliquando versus, ἔ ὑπέμετρον tale carmen nobis procudit Metricus Noster, Lib. X. 30. scribens, Αἰὲς τὰχ' ἐπιβρίσουσιν ἀλευομένους ἐσιδόντες. quis unquam similem versum vidit? eritne ἔσ.* Errore calami Αἰὲς τὰχ' ἐπιβρίσουσιν, ἀλευομένους ἐσιδόντες scripsi pro Αἰὲς ἐπιβρίσουσιν τὰχ', ἀλευομένους ἐσιδόντες: Inde ista egregia Magistello egregio.

*Pag. 358. 359. Vanni. Fidemne mihi habebis, si dicam hunc hominem nec denominationes metrorum tenere? ἔ tamen revera non tenet. Ad Philen p. 181. enim ait: omnes versus Pisidæ sunt Dodecasyllabi & Jambis puri. At in ἐξετάσει mea ἔσ.* Ridiculus est homo: Nonne inter puros, qui ex Jambis & Spondeis, & purissimos, qui ex solis Jambis constant, distinguere potui? An denominatio minus usitata rem & rei naturam mutat, quique ea denominatione utitur, ipsius rei ideo est ignarus? Sic Orbiliolus se Orbiliolum quo-

\*\*\*\* 2

que



P R Æ F A T I O.

que prodit. Scholastica multi contemnunt, & ego contemno: *Puros* Jambos usurpaverim de Jambis, qui Spondeos habent in locis imparibus; ideone in Metrum Jambicum peccavi, aut aliquid scripsi, quo Metrum Jambicum minus, quam alii, qui voce aliter utuntur, intellexisse videar? Ineptiæ, ineptiæ, quæ cerebello Grammaticastri sunt dignissimæ. Pisidæ Versus quod adinet, vix ego revera dubito, quin omnes olim fuerint Dodecasyllabi: Nam non centeni, sed quadrageni ad summum inveniuntur hodie in toto opere, qui tredecim syllabas habent: Inter illos autem sunt aliquot aperte depravati; ut de aliorum proinde sinceritate jure etiam ambigi possit. Egregie vero hanc sententiam juvat id, quod de Piside scribit Michael Psellus in Epistola satis celebri ad Andronici Ducæ fratrem: ὁ δ' ἐκ Πισιδείας σοφὸς οἶμαι τ' ἐλάττωτος Ἀντιοχείας, ποιητὴς μὲν οὐκ ἔστιν ἐπῶν· ἐν δὲ ζήλωσας γένος μέτρον τὸ ἰαμβικόν, φησὶ δὴ τὸ ἀρχαῖον, ἢ ΜΟΝΟΜΕΡΕΣ, ἢ πρὸς τὸ ΤΑ ΠΛΕΙΣΤΑ πραγματευσάμενος, ΠΟΙΚΙΛΑΙ Μὲν ΟΥΔΑΜΑ ΤΗΝ ΠΟΙΗΣΙΝ. *Pag. 360. Vanni. Sed non magis metrum Jambicum novit, quam metrum Hebraicum. ad eundem enim Anacreontem p. 92. sic scribit: Auctor Anonymus apud Suidam in V. σέγει. τ' καυσικόν &c. ubi stupor Pavoninus ne somniavit &c. Pædagogorum optimus maximus nihil lepidius unquam scripsit: Ride, ride, Lector. Aliquid dicam, quod novum videbitur Heroi, & tamen verissimum forte est: Illi ipsi Jambi potuerunt esse sermo pedestris: Nam ut Aristoteles monet in Libr. de Poët. loco notissimo, μάλιστα λεκτικὸν τ' μέτρων τὸ ἰαμβεῖον ἐστὶ σημεῖον δὲ τούτου· πλείστα γὰρ ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς Ἀλλήλους: & si quærerem in Profaicis, reperirem, credo, alicubi duos Jambos contiguos: Quare ego, qui similia non uno loco offendi, ea non Versus Jambicos esse, sed Versus Jambicos esse posse, adseverare soleo: Exempla dabimus suis locis. *Ead. pag. Sed hic non possum, quin tibi propinam Pavoninum commentum omnium maxime admirabile, & cui ego nullum simile vel secundum novi.**

*Oda.*



*Oda VIII. Anacreontis hoc &c.* Unus Versus liberior inter Anacreonticos minus convenit, quam duo pluresve: id nemo negabit, cui aliquis est iudicii usus. Quo ego respiciens scripsi, *sume quod placet: in eodem Odario Versus alter alterum adjuvat, & nihil est, quod ita sentire prohibet:* Id ridet festivissimus Magistellulus.

*Pag. 362. Vanni. Matte doctrina, Magister scientificissime, qui Græciam nova litera donas: litera adhuc nemini visa nec audita: litera illa, quam nos vocamus je: sed quam Græcia æque ignorat atque literas Japonicas.* Delirat homo, qui literam, cum sequente vocali coalescentem, Græciæ ignotam esse scribens, mox ipse exempla adducit, quæ aperte contrarium probant. Dicam tribus verbis: In Epicharmi Senario *ιαμβες* scripsi *διουλαίβως*, quia Versui aliter mederi non poteram: Ad alterum Critiæ locum Synizesin in voce *ιαμβείω* proposui, quia Pentametrum sic mihi videbatur sonorius: Eane dura magis & nova, quam alia id genus bene multa? Cachinnos, cachinnos meretur Magistellulus.

*Pag. 369. Vanni. Rideo Pavonem, cum primo loco dicat: ἀμυδῖς* mediam producit contra usum vulgi, & secundo loco. ἀμυδῖς producitur propter *v* ambiguum. rursus nimirum errat errorem, quem exhibilandum dedimus pag. 202. *δίχρονον* mensura fuit ambigua, & absque ullo dubio in ea variarunt sæpe Antiqui: Exemplum producam, quod omni est exceptione majus: *ἀγών*, certamen, primam corripit vulgo: at Sophocles semel, Euripides quater producit primam: Locus Sophoclis est in Electra Vers. 1623. loca Euripidis in Oreste Vers. 859. in Phœniss. Vers. 591. in Supplic. Vers. 754. in Hercul. Fur. Vers. 1189. Alia prætereo non ignota, & facile mihi persuadeo, longe plurima istius rei exempla nobis suppetitura, si temporis invidia non careremus plerisque Poëtis. Atque hinc est, quod difficilior sim in corrigendo, quoties *δίχρονον* alia mensura offendo, quam quæ vulgo obinet, & Librorum auctoritatem libentius sequar, quam spernam. *δίχρονον* in *ἀμυδῖς* producit Scholiastes: cum præcuntem.

\*\*\* 3.

sequor.



P R Æ F A T I O.

sequor, & si non præviffet, ita sentirem absque ullo metu: De mensura vocis *ῥεγούς* dubitavi in Epigrammate Simonidis eadem de causa: In his ipsis Notis ad Phrynichum pag. 68. *μηνύσειεν* propter illud ambiguum in Versu Jambico reliqui eo loco, quo id collocat Euripidis Scholiastes, & nihil mutavi, etiamsi facile potuissem: In aliis gemellis eundem ubique servabo tenorem: Quod Eruditiores non improbabant, & si Magistelluli cum suo Antesignano rideant, non ægre profecto feram: Rident enim illi, quæ non intelligunt. Lectio editionis Florentinæ, *ἑπτὰ μοι δις τριάκοντα βασιλεύς χεδόν*, inepta est: Quis ita ambigue numerum designet? *τριάκοντα δις ἑπτὰ* Orbiliolus vertit & explicat *triginta bis septem*, id est, *quadragesima quatuor*: quo jure? Dicam ego *ἑπτὰ δις τριάκοντα* esse *septem bis triginta*, id est, *sexaginta septem*, neque minus persuadebo: Apage, apage nugas Orbiliano ingenio dignas.

Pag. 172. Vanni. In illis, quæ ad Hephæstionem pag. 119. scripsi, *illud nomen (ἰσίη) secundam corripit*, quando pro ipsa Dea sumitur; ideo *Ἐξείων* mutavimus in *Ἐξείων*: si secundam produceret, ut solet vulgo, quando ædes denotat, *Versiculum* &c., de Jonismo cogitavi, & distinxī inter *ἰσίη* pro domo, & *ἰσίη* pro dea, quia in Odyssea Homeri *ἰσίη* pro domo mediam habet productam, in Hymnis vero, qui Homero adscribuntur, *ἰσίη* pro dea mediam habet correptam: Istam autem distinctionem ad Doricum *ἰσία* applicui, quia si terminationem demas, in *ἰσίη* & *ἰσία* conspirant Dores & Jones, ut ex Etymologico M. constat. De Atticismo & communi *ἰσία* cogitare non potui, quia ejus mensura notissima est ipsis pueris: Excidit autem vocula in ista Annotatiuncula mea, & editum oportuerat, *illud nomen Jonice secundam corripit*: quem errorem ad marginem statim correxi: Quin & illis, *Videndum, an exempla reperiantur*, adscripsi mox Versum Hesiodum ex Theogonia, *ἰσίην, Δύμητρα, ἢ Ἡὴν χυσοπέδιλον*: qui locus hactenus est unicus, ubi Jonicum *ἰσίη* pro dea, producta media offendi. Clamet, clamet Magistellulus, quantum



## P R Æ F A T I O.

velit: hæc adeo illepidæ non sunt. *Pag. 376. Vanni. At ad Lib. IX. 340. adeo miranda comminiscitur, ut vix alio loco mirabilior sit Pavus. Legitur, ἀλλὰ δρωῖδεςσι παρευνάζοντο γύναιξι. Pavum audi, an forte (attende Lector) scribendum δρωῖδεςσι, ut circumflectendo syllaba brevis evadat longa? Concurrunt omnes Grammatici & Grammaticastri: rem novam &c. Egregie imperitiam suam hic etiam prodit Orbiliolus: Dicam tribus verbis: Oxytona disyllaba fœminina in *is*, quæ penultimam habent natura longam, *i* in obliquis producere solent: Ad quam classẽm cum pertineat *δρωῖς*, nullum mihi est dubium, quin penultima in *δρωῖδος* & antepenultima in *δρωῖδεςσι* recte produci possint. Porro apud Græcos sæpe circumflexus est signum syllabæ productæ, & id operatur vi sua, ut syllabam, quæ si cum acuto scribatur, brevis est, longam efficiat, dum in pronunciando spiritum protendit: Ut alia omittam, vide quæ ad Phrynichum in V. *Κνημίδα* noto ex Eustathio, iisque junte, quæ Athenæus scribit Lib. 3. pag. 105. & 106. Homerus V. 359. *Ἰλιάδ. Ε. φίλε κασίγνητ' ἐκκόμισαι τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους.* ubi opportune admodum Eustathius, τὸ φίλε, ἐκτείνει ἢ ἐνταῦθα τὸ τ' ἀρχούσης δίχρονον, ὡς ἢ ἐν τῇ γ. ῥαψωδίᾳ φησὶ γδ φίλε κασίγνητε κόμισαι τέ με, δὸς δέ μοι ἵππους διὸ ἢ ὁ Ἀσκαλωνίτης, φασὶ, ἰπερίεσπα τὸ φί. Ptolemæus Ascalonites pro: φίλε legebat φῖλε, ut syllabæ mensuram produceret: eadem de causa ego *δρωῖδεςσι* pro *δρωῖδεςσι*, cujus syllaba antepenultima, quæ anceps esse potest, commode circumflectendo ex brevi fit longa: neque dubito, quin Ascalonites fecisset, quod ego feci, si longam requiri existimasset. Id autem breviter monui, & regulam de disyllabis Oxytonis, & vim circumflexi, præcipue in istis vocibus, notissimam esse sciens: Huc redit totum illud miraculum, quod adeo percussit Grammaticastrum delirum: Quis sibi temperet a risu?*

*Pag. 379. Vanni. In loco Theocriti, Μάντι Εὐηγεῖδη, vocalis potest apostropho tolli. vel etiam obtinere locum: modo per Synalæphen accipiatur. non obstare versui. Nam*

Syn-





P R Æ F A T I O.

*Synalœpha utuntur Græci quoque.* Hæc vere erudita sibi notent Eruditi, & quod de Synalœpha scribit Suaviculus, jungant cum illis, quæ pag. 362. de litera i syllabam semper constituyente scripsit: Nam ista egregie conspirant. Pag. 381. Vanni. Ad Calabri Versum 260. Lib. 9. Orbilius: *Legerim τοῖον ποτέειπεν.* Sic Latini. Talibus atque aliis, vide Ovid. 8. Met. 576. 863. *Obstat autem quod in his exemplis pluralis numerus ubique obtineat. videtur tamen mollior ceteris medicina. quin τοῖον adverbii loco venerit.* Audistine pcjus balbutientem magistellulum? Sed pag. 590. Vanni confirmatius loquitur, & τοῖον absque μῦθον syncerissimum esse asserit: Vellem adduxisset locum, ubi ita absolute ponitur: Nam nunc homullo credulus non sum ego, neque mecum fuisset Rhodomannus. Pag. 383. Vanni. Rideo Orbiliolum propter ea, quæ de voce ἴσσην scribit. ἴσση idem, quod ἴση, ut ἐέλδωρ idem, quod ἔλδωρ, εἴκοσι idem, quod εἴκοσι, &c: nec tamen ἴσσην ὑσμίνην, ut ἴσην ὑσμίνην dicere licet: mirum. At certis quibusdam substantivis consecrata est vox: qua lege, quo decreto? Si Græci reviviscerent, talia hercule sibilis exploderent: ἴσσην δῆριν dixit Quintus Lib. 2. V. 524. ἴσσην ὑσμίνην Lib. 11. V. 237. ὑσμίνην ἴσσην maluerit Lib. 10. V. 65. ut variaret, & ostenderet, Linguam easdem voces semper non proferre eodem modo. At obstat syllabæ modulus: Nihil ineptius aut falsius: ἴσσην primam nunc producit, nunc corripit, ut ipsi pueri sciunt: similiter ἴσσην, cujus indolem litera adjecta mutare non potest: Me miseret Grammaticastri, qui servus ingenio, compedes sibi in literis fabricatur ipse. Quæ de ἀγειν ἴσσην ὑσμίνην εἰς μέγα ἔργον notat homullus, prætereo: ineptissima enim sunt: neque necesse, ut dicam, quam fatua sit conjectura ejus, φύζαν γὰρ ἀγεν θεὸς εἰς μέγα ἔργον: id enim ipsi decennes vident. Ita sapiunt Orbilioli. Pag. 384. Vanni. Lib. VII. 400. lego. Τοῖσι δ' ἀρ' ἰδαίων ἔργων φαίνονται κολῶναι. φαίνονται, sane flagitium Pavone plane dignum; cum Aldina, Rhodomanni &c. Operarum error est: præter unum improbulum dubitet



bitet nemo. *Pag.* 388. Vanni. *At in vocis quantitate se longe turpissime dedit Lib. XI. 120.* Θλάσσε πει πληγῆσι μέρος δ' ἐκίχανεν ἀρητός. *Rhodomannus* ἀφουκίθη pro ἀρητός. quia nempe ἔστ. De his pauca hic: In Versu Homeri Iliad. 2. 100. Εφθιτ' ἐμεῖο ἧ δῆσεν ἀρης ἀλκτῆρα γενέσθ, ἀρης constans Librorum fuit lectio, non eodem modo accepta ab Antiquis Grammaticis. Qui legebant ἀρης, ineptiebant strenue: nam ἐμεῖο δῆσεν sic balbuties est mera. Alii recte ἀρηός: quod & verbis & sententiæ convenit: Præcedit enim, ἐπεὶ σὺκ ἄρ' ἐμεῖον ἑταίρω κτείνομεν ἑπαμύναϊ ὁ μὲν μάλα τηλίδι πάτρης Εφθιτ'. Porphyrus in Quæst. Homeric. XVII. Εμεῖο δ' ἔδησεν ἀρης ἀλκτῆρα γενέσθ. σὺκ ἔστι τὸ ἔδησεν, ἄπο ἧ δεσμῶ οὐδ' ἀρης, πόλεμος νῦν, ἢ θεός· ἀλλὰ τὸ μὲν ἔδησε, καὶ συγκοπὴν ἧ ἔδησε, πεισπασέον ἧ τὸ ἀρης, ἢ ἢ βλάβης, ὡς τὸ, Μέντορ, ἄμυνον ἀρήν. ἐμῶ γὰρ ἔδησε, καὶ χρεῖαν ἔχε, τ' βλάβης βοηθὸν ἔχειν. Lectionem antiquam primus mutavit Aristarchus, pro ἀρης scribens ἀρεω: imperite, si propter syllabæ modulum id fecerit: nam α in ἀρῆ æque anceps est, ac α in ἀρης: quod ab ipso ἀρῆ deducitur. Grammatici in Horto Adonidis, ἀρης σημαίνει τ' πόλεμον πεισπασέον τ' ἀρὰν καὶ τ' βλάβην τ' ἐκ πολέμου γινομένην. Heraclides Ponticus in Allegoriis Homeri, ὁμοίως ἧ ὁ ἀρης οὐδέν ἐστιν ἄλλο, πλὴν ὁ πόλεμος πεισπασέον τ' ἀρὰν ὠνομασμένον, ἢ πεισπασέον ἐστὶ βλάβη. Recte: ἀράω, ἀρῆ, ἀρης, noxius: Alii de Etymo ineptiunt. Eo pertinet, quod de Ixione Grammatico refert Eustathius ad Iliad. E. 15έον ἧ (ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνον καὶ Ηροδώρῳ φέρεται) ὅτι ἧ ἄρες ἄρες τὸ χῆμα, παλιλλογία ἐστὶ, καὶ ὅτι ὁ γραμματικὸς Ἰξίων, τὸ δεύτερον ἄρες ὀξύνει, γράφων ἀρες. ὁ ἐστὶ βλαπτικέ. οὐδέ ποτε γὰρ φησι κυρία ὀνόματος κλητικὴ παρακλήτως κεῖται πεισπασέον τῷ ποιητῇ. Hesiodus in ἔργ. V. 464. Νειὸς ἀλεξιάρη, παίδων εὐκηλήτεια: ubi ἀλεξιάρη haud dubie ab ἀρῆ est. Nicander in Theriac. Η καὶ ἀλεξιάρης πτόρθος ἀπαμέργεο ῥάμνος: ab ἀρῆ etiam sine dubio. Hesiodus in Scuto Hercul. V. 128. Θήκατο δ' ἀμφ' ὁμοισιν ἀρης ἀλκτῆρα. σίδηρον: τὸ σίδηρον ibi ἀρης aperte statuminat. & V. 29. ibid.

\*\*\*\*\*



P R Æ F A T I O.

ibid. ὄφρα θεοῖσιν. Ἄνδρασι τ' ἀλφειῆσιν ἀρεῆς ἀλκτῆρα φυτεύουσι: ἀ-  
 ρῆς ἀλκτῆρα de Hercule ἀλεξικάκῳ nemo mutabit, si sapiat. Idem  
 in Theogonia V. 657. Ἀλκτῆρ δ' ἀθανάτοισιν ἀρεῆς γένεο κρυεροῖο:  
 recte ἀρεῆς: nam ea erat certa, si Titanes vincerent: ἀρεῆ plane  
 marcesceret, & ἀρεῆς κρυεροῖο Jonismus est purus putus. Ipse  
 Homerus Odyss. P. V. 538. οὐ γὰρ ἐπ' ἀνῆρ, οἷος Ὀδυσσεύς ἔσκεν  
 ἀρεὴν ἀπὸ οἴκῃ ἀμῦναι: præcedentia ἀρεὴν excludunt, & faciunt ut  
 de ἀρεὴν dubitare possit nemo. Isto autem loco stabilitur alter ille  
 Odyss. X. V. 208. Μέντορ, ἄμυτον ἀρεὴν, μῆσαι δ' ἐτάροισι φίλοισι:  
 quem ita legit & accepit Porphyrius, ut antea vidimus: Et ibi  
 ἀρεὴν sane marcesceret, si rem omnem & verba Agelai sequentia  
 rite perpendas. Orpheus de Lapidib. in Ostrite V. 27. Καὶ θεὸν  
 ὡς ἐπ' ἀρεῆσιν ἀρεοσάμενος θυίεοσι. Æschylus pag. 56. 102. 103. 106.  
 214. 219. 220. 226. 234. 254. Edit. Steph. Sophocles in A-  
 jac. V. 511. Oedip. Tyrann. V. 284. 303. 426. 656. 764. 840.  
 Oedip. Colon. V. 1006. 1439. 1448. 1453. 1471. 1514. Tra-  
 chin. V. 48. 1256. Euripides in Phœniss. V. 67. 477. 772.  
 883. 1373. 1435. Medea V. 608. Hippolyt. V. 1241. 1362.  
 Iphigen. in Aul. V. 60. Iphigen. in Taur. V. 778. In quibus  
 Tragicorum locis prima in ἀρεῆ & aliis inde deductis corripitur.  
 Orbiliolum cum suis inaniis & fallaciis ad pueros ablego: *In pri-  
 mis*, inquit Magistellulus pag. 391. *miraculo est, hominem in hac  
 voce adeo crasse erravisse, cum ipse jam ad Menandrum p. 127.  
 Clericum condemnare coactus fuerit, qui κατὰ ἔσταν in ultimo Jambo  
 pede posuerat.* Deliramentum egregium & Orbilianum ex asse:  
 Nam κατὰ ἔσταν cum Bentlejo habui pro Pæone tertio, & ejus an-  
 tepenultimam, ut primam in ἀρεῆτος, brevem esse statui: Non  
 poterat miser delirare pejus. Pag. 400. Vanni. *Quas ca-  
 va succutiens Baubo manu, nam puerilis.* Ita Canterus, Paullus  
 Leopardus, Salmasius, Heraldus, aliique omnes, præter unum  
 Heinsium. De ipso loco cum Grammaticastro deliro contendere  
 nolo. Unum illud à me notatis addam: Jo solo tactu. Jovis ex  
 vacca



vacca iterum facta est mulier: Æschylus in Prometheo pag. 51. Ἐνταῦθα δὴ σε Ζεὺς τίθεισιν ἔμφρονα Ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ ἢ ΘΙΓΩΝ ΜΟΝΟΝ. Scholiastes, ἔμφρονα, ἀνδρωπόμορφον. Pag. 414. Vanni. *antequam pergamus, discere cupio, quale sit illud, quod literis Giganteis in titulo lego ΗΦΑΙΣΤΙΩΝΩΣ.* Dicam Suaviculo: Ita Turnebi Editio per errorem, quem operæ retinuerunt. Pag. 416. Vanni. Ἄς ἐπάγη ῥιπῆσιν ἕωσμένος ἡλίοιο. Hic mire iterum delirat Magistellulus. Quod posui, ex Libris suis edidit Turnebus, idque perspicuum est & bonum: *Sal concretus est solis radiis pulsus, trusus: ἕωσμένῳ ῥιπῆσιν ἡλίοιο* scilicet explicat ipsam πῆξιν ἁλὸς, quam siccando & cogendo efficit sol & solis calor: Sciunt omnes, qui non ignorant, quid sit πῆξις, & Philosophum aliquando consuluerunt Meteorologicor. Lib. 4. Quæ πῆγνυται, κα συνέρχονται: & ipsum illud συνέρχεσθαι vi solis, Poëtice & eleganter dictum hic ὠθεῖσθαι ἡλίοιο ῥιπῆσιν: Nihil apertius. Quid jam Orbiliolus? Perquam urbane & lepide primo scribit, *vellem scire, quid Pavunculus fecerit de ἕωσμένος. procul dubio aliquod participium a verbo ignorabili: dein missis jocis subjungit, ut serio de participio ἕωσμένῳ loquamur, nullo modo hic locum habere potest. quid enim notabit sal concretus fuit, inpetu propulsus solis? & ut egregiam suam eruditionem ostendet, ex editione Florentina legit, Ἄς ἐπάγη ῥιπῆσιν, ἕως μένος ἡλίοιο, id est, eo commentatore & interprete, mare Boreæ impetu fuit concretum, donec vis solis illud solveret. Vidistine stultiora? Pag. 422. Vanni. Sed quid? an Scholiastes in metricum auctorem scribens, ignoravit, quod πεποίηκε, cecinit, versificavit, significet? Ineptit, ineptit miser: Vide notulam meam ad πεποίηκε pag. 104. & verborum cohærentiam considera; sic in fumum abeunt omnia hic scripta, & ipsum κατηγορῶν stabilitur aperte. Pag. 424. Vanni. cui nec unicus de suo locus in hanc sententiam suppetat. fortean fallor. alia præteriit. at &c. Nihil suavius aut ridiculum magis: Duo exempla certa mihi sufficiunt: Plura notanda relinquo Grammaticastris & Orbiliolis.*

\*\*\*\*\* 2

Ubi



P R Æ F A T I O.

Ubi ista exemplorum congeries in scriptis Virorum Eruditorum, qui seculo sextodecimo & septimidecimi initio floruerunt? Rident, riderent hercule illi, si reviviscerent, Commentarios, qui hodie prodeunt; præsertim si Indices & alia imperitorum adjumenta conspicerent, quibus floridior illa ætas carebat. Pag. 428. Vanni. *Sequitur locus omnium consideratione dignissimus, & de quo judicium Lectori æquo relinquam. ego simpliciter factum narrabo. in Turnebiana exstat, &c.* Dicam breviter: Hoc primum falsissimum est, & sic ei superstructa, falsissima quoque sunt: Correxī, ὃ ἦ ἀνάπαισος διαλελυμένην ποιῆσιν ἢ φράσιν ἐξ τὸ τετρασίμημον. ἰαμβοποιοὶ μὲν ται καὶ τραγωδιοποιοὶ ὡς μὴ ὄντες τοιοῦτοι, οὐ συνεχῶς κέχρηται. & ab operis male omissum, in Turnebiana extat: Vide Notas. Addam verbo: Aristænetus expressus est ad quartam editionem, cujus pagellæ Typothetarum manibus commaculatæ, adhuc penes me sunt: Neque aliter intelligenda verba ista Præfationis meæ, *Has Epistolas, cujuscunque demum sint, comtas satis & elegantes, post Sambucum ter ab ipso Mercero editas, ex editione postrema hic tibi damus cum Notis ejus integris*: Si de tertia Merceri cogitassem, scripsissem ex editione ejus postrema: quartam esse postremam, omnes sciunt, neque eam accuratius designare erat necesse. Ista deliramenta & Sycophantiæ improbi Grammaticastri me vere delectant: Quid autem æquus Lector, quem compellat, ad hæc? Pag. 436. Vanni. *J. Christian. Wolfius in Sapphicis recte quoque conjecit Sapphus esse ex verbis Demetrii Phalerei de Elocutione &c.* Nihil incertius: Una voce θυρωρὸς suspicio nititur: Nam ne leviter quidem constat hæc esse Sapphus: Ita Viri Eruditi sæpe ridicule fati. Non absimile est, quod de illo loco, *Εσι μοι κατὰ πάϊς &c.* scribitur: Sappho filiam habuit Cleidem: Ergo κλειὸς ἀγαπητὰ de ea accipi debet, & locus non potest esse alterius, quam ipsius Sapphus: Bella conclusiuncula. Ego in istis jure meo utor, & Orbiliolos obstrepentes non moror. Pag. 440. Vanni. *Jam pueri morunt, Anapesticos versus cujuscunque generis amare pedes dissolutos:*



P R Æ F A T I O.

tos; id est, ut singuli &c. Ut peritia Metrici insignis ipsis pueris innotescat, cum Aristophanicis hic adductis conferant Versus Aristophanis sequentes: V. 519. Pluti. V. 273. 964. 968. 974. Nubium. V. 1065. Ranar. V. 505. 513. 771. 1318. 1320. Equitum. V. 628. Acharnens. V. 550. 571. 577. 609. 678. 704. 710. 1042. Vespar. V. 736. 742. Pacis. V. 552. 567. 688. Avium. V. 643. 660. 677. 678. Concionatric. V. 802. Themophoriaz. V. 510. 519. Lysistrat. Perquam facetus est Magistellulus, & illud inprimis suave, quod ejus confidentia ubique ejus imperitiam æquet. Pag. 448. Vanni. *At legendum procul dubio, Ολέσαι κάποτεμεϊν ὄξει χαλκῶ κεφαλάν.* Sed inepte junguntur ὄλέσαι κάποτεμεϊν κεφαλάν, & quod de particula γε scribit Orbiliolus, puerorum meretur cachinnos: in Tragedia enim & Comœdia nihil frequentius. ὄξει χαλκῶ κεφαλάν a sequentibus pependit. Pag. 449. Vanni. *At malum: qui libri! unicus Turnebianus scilicet.* Unde novit Magistellulus, Turnebum non habuisse, nisi Libium unicum? Pag. 450. Vanni. *Παρά δ' ἦντε πυθέμαν δὲ κατέδυν ἔρωτα Φεύγων.* hic rursus se plane rudem rei metricæ monstrat. Hephæstion hoc metrum dicit esse factum &c. Suaviculus hic me docet, quid sit ἀνακλάσις: ἀνω ποταμῶν χωρῶσι πηγαι. Dicam breviter: De omni ἀνακλάσει generaliter non locutus sum ibi, sed speciatim de ἀνακλάσει istius Versus: Vide Notas pag. 133. 134. 135. In illis male editum quo admissō, pedem amittimus pro quo admissō, pedem etiam amittimus: Πυθέμανδρος, ut Πυθαγόρας, a πυθέω, percontari, sciscitari, deduco, & sic primam ejus syllabam brevem esse stauo: πυθαγόρας, qui fori, πυθέμανδρ, qui stabuli curiosus est, & in res stabuli ac fori sciscitando inquirat diligenter. In πυθαγόρας tres breves concurrunt: in πυθέμανδρ, duæ: nulla igitur productio ea de causa in hac, ut in illa, voce. Addam verbo hic: Quod de ἀνακλάσει hujus Versus noto, perquam probabile est, si ad ipsum nomen attendas: γαμψοὺς scilicet dicitur a metro haud dubie Jambico

\*\*\*\*\*

3

&c



P R Æ F A T I O.

& pedibus Jambicis: Jam autem non est aut esse potest talis, nisi ἀνάκλασις fiat in pede quarto: Nam ad digitos modo exige: Παρὰ δ' ἤντε πυθόμεν ἢ κατέδυν ἔρωτα φεύγων Jambicum efficit, παρὰ δ' ἤντε Πυθόμεανδρον κατέδυν ἔρωτα φεύγων vero, ut vulgo accipitur, nihil minus, quam Jambicum: Hoc diligenter considera, Lector.

Pag. 454. Vanni. Σοὶ μὲν εὐπωϑ, εὐπω-  
 λϑ, ἐγχεσπαλϑ Ἔς. — Sed en recidivam patitur. An forte  
 Simmias scripserat εὐπωϑ, εὐκωλος? κῶλα sunt membra. At in-  
 docte — nescis hæc ipsa verba jungi a Sophocle Ἔς. εὐπωϑ,  
 εὐκωλος recte dicitur de regione & loco: de Marte ita loquatur  
 nemo, imprimis ubi simile quid dicitur hisce Simmiæ. εὐκωλϑ  
 igitur adhuc placet, Analogicum & bonum. Pag. 456.  
 Vanni. Mibi autem longe probabilissimum fit, legendum esse ἃ μὴ  
 μοι θίγης κυπαισίσκω. Mireris, mireris, Lector, ingenii Orbilia-  
 ni acumen, quod vitiosum editionis Florentinæ κυπαρίσκω ad con-  
 jecturam adeo abstrusam deflexit: κυπαισίσκω scilicet haud protri-  
 tum est, & ἀνθ' ἰγείν κυπαισίσκω minus adhuc protritum, itaque  
 revera comparatum, ut serio dubitaturus sis, an unquam sic locu-  
 tus sit quisquam: θίγειν quippe ἰματίω vix ac ne vix apte dicitur  
 eo sensu: Sed Orbiliana auctoritas sufficit. Potuisset Criticorum  
 princeps eodem sensu scribere, ἃ μὴ μοι θίγης κυπαιρίσκω: Sed sic  
 eruditionem suam non ostentasset in rarissima voce κυπαισίσκω. In-  
 quies, cur τῷ κυπαιρίσκω non probavit ita acceptum, ut tu dixisti,  
 ubi pag. 416. in Αὐτὸς ἐπάγη ῥιπῆσιν ἕως μὲνϑ ἠελίοιο & præceden-  
 tia & sequentia advocare necesse habuit satis nove? Nescio, idque  
 ὁ πάνυ tibi explicet ipse. Pag. 460. Vanni. Nescis in με-  
 λυχρὸς, πενιχρὸς, Ἔ similibus illud χρὸς modo esse terminationem, Ἔ  
 nihil significare. μελάγχεϑ sine dubio dictum pro μελάγχρωσ, ut  
 χρϑ non sit terminatio, sed pars dimidia vocis: Similiter μελί-  
 χρϑ dictum fuerit pro μελίχρωσ: nihil in eo, quod peccat. χρῶς  
 autem & corpus & cutis, ut nemo nescit Græce doctus. Ibid.  
 recte animadvertit Arnaldus ἄξιον non dici pro ἀξίως. Quare non,  
 ubi



ubi adjectivis passim ita utuntur Græci? Sed & legi poterat, id-  
que ad marginem etiam mihi notaveram, Μέλαγχρον αὐτῶς ἄξιόν ἐς  
πόλιν. Sequitur, *Quid enim? non novit Melanchrum Tyrannum*  
*Mitylenæ, quem Pittacus interemit, adjutantibus fratribus* Ἔς. Ri-  
sum mihi incutit homullus: Ista satis obvia notari potuissent, si  
de Auctore fragminis constaret: De quo Orbilio non magis con-  
stat, quam mihi: Nam Ursinus, qui Versum Χαῖρε Κυλλάνας ὁ  
μέδων· σὲ γὰρ μοι, ab Hephæstione Alcæo, ut videtur, adscri-  
ptum, cum his jungit, ipso fatente Magistellulo errat: Sufficie-  
bat igitur notare, Μελάγχρω nomen proprium esse viri. *Pag.*

462. Vanni. *rursus desipit, cum ait, Enνη.* nomen proprium est,  
quod apud Gruterum etiam invenitur in magno opere: alia omit-  
to. *Nam dejerare ausim vocem* Ἔς. *Enna* nomen Romanum, an  
non potuit esse nomen Græcum, ubi *Enna* Siciliae notissima est,  
& ab urbibus &c, sæpe sumuntur nomina? Adhæc, ἔννη pro ἔνη  
appellativum est, quod pro nomine proprio adhiberi potuit: ἔν-  
νος, ἔννη: Vide Stephanum in Append. Thesaur. Quid autem di-  
xerit Grammaticaster de illo loco Pausaniae Lib. 10. Cap. 26. κλυ-  
μένην μὲν οὖν Στησίχορος ἐν Ἰλίσ Περσίδι κατηείδηκεν ἐν τοῖς αἰχμαλώ-  
τοις· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστομάχην ἐποίησεν ἔννη· θυγατέρα μὲν Πελάμης,  
Κελλοῦ καὶ γυναικᾶ εἶναι ἔκτε Ἰκελάονος? Desipit, ut vides, ipse mi-  
sellus suo more. *Pag.* 464. Vanni. *χειρόγελως est barbarum,*

*χειρόγελως dicendum esset.* Barbara vocat Magistellulus sibi  
ignota: Diserte Eustathius ad V. 169. Iliad. B. σημείωσαι ὅτι  
ἔχει τὸ ἀπλῆν, ὄρηται ὡς τῷ εἰπόντι τὸ, ἀνήθεις οὐδὲν χρεῖος·  
ἤτοι χρειώδης εἰς οὐδέν· εἰ οὖν χρεῖος ὁ χρειώδης, δῆλον ὡς ἀχρεῖος ὁ μὴ  
χρειώδης. & Thomas Magister in Eclogis, χρεῖα, καὶ χρεῖσιμα, Ἀπ-  
τικοί. ὁ χρεῖος ἢ ἤγαν ὁ χρεῖσιμος, καὶ τὸ χρεῖον, φιλοσόφων καὶ ποιητῶν.  
Σοφοκλῆς· χρεῖ ἢ λέγειν. ἤγουν χρεῖσιμα. Subjungit homullus pag.  
seq. *Porro ὁμιλῶ confirmat exemplo Hesychiano συνόμιλος. quasi in so-*  
*lo Hesychio vox superesset* (Etymologi non memini brevitatis causa)  
*vel quidquam faceret ad ostendendum ὁμιλῶ posse poni pro ὁμιλητής.*  
*quod*





P R Æ F A T I O.

quod nunquam docebit. Hefychianum συνόμιλῶ id satis aperte docet: Si συνόμιλῶ sit συνομιλητής, ὁμιλῶ potest est ὁμιλητής, quam σημασίαν sententia & versus postremus manifesto statuminant: Pueri vident, neque dubitare possunt. Editionem Florentinam non curo: ea paucis exceptis, vitiosissima est, ideoque sine dubio ab Hadriano Turnebo plane fuit neglecta. Pag. 468. Vanni. Certe furiosus inconsideratius loqui non potest. τεν hic positione non erit & sequentia pag. 469. 470. 471. ambigua pro indifferens, Versiculi postrema pro membri postrema usus sum, & idem revera dixi, quod Orbiliolus dicit: Hic certe non delirat, sed fuit ipse Grammaticaster λογομάχῶ: Vide meas Notas, easque perpende modo leviter. Ut de Versu Catalectico constet, βωτον revera signandum, ut Trochæus: in Acatalectis id non necesse, quia pes integer adest; ideoque δυσπαιπάλης recte signatur, ut Creticus. Positionis hic ratio habetur nulla propter ipsum ἀσυνάρτητον, quod κῶλα separat: Recteque monui errasse Scholiastam pag. 59. ad Versum istum Δεῦρο δεῦτε Μοῖσαι χρυσέον λιποῖσαι sciibentem, φάμεν οὖν ὅτι, εἰάν ἅμα συναρτήσωμεν τὰ δύο τροχαϊκά, διέλσκειαι ἐν τῇ τρίτῃ χώρᾳ τῇ περὶ τῆ σπονδεῖῶ, ἐν τροχαϊκῇ, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. Nam de vero Spondeo perperam cogitat, neque subtilior distinctio inter syllabam ambiguan & indifferentem in istis Græcis locum habet. Quin & Versiculi postrema ibi certe non peccat: Nam apud ipsum Hephæstionem præcedit τὰ ἐξ ἰσοφαλλικῶν δύο: omniaque ἀσυνάρτητα revera Versiculi sunt duo: Pueri sentiunt, & ineptio, dum ineptias illas refello. Illud etiam perquam ridiculum est, quod de Θεοῖ πολὺ notat Miscellus: Vide modo Enchiridii Articulum περὶ συνεκφωνήσεως, ubi notæ similes, non omittendæ. Pag. 473. & seqq. Vanni. Nam Alcæum ponit vivum vigentemque tempore Gelonis jam tyranni. jam illi &c. Hæc omnia falsissima & ineptissima sunt: In Notula mea, hunc tangere potuit Alcæus Dinomenem, non Gelonem, respicit, & nihil revera vel ibi vel in sequentibus est, ex quo colligi potest,

mc



me Alcæum posuisse vivum vigentemque *tempore Gelonis jam tyranni*: Lege & relege singula. Alcæus senex potuit videre Dinomenen virum juvenem, diu ante ipsum Gelonem natum: Dinomenes ille ditior, diu etiam ante ipsum Gelonem natum res novas moliri potuit, ideoque perstringi ab Alcæo: Istis positis, ut poni possunt, & a me posita sunt, id omne concidit statim, quod garulus de violata ratione Chronologica crepat, & verissima esse potest suspicio mea. Ditiores produunt ea, τᾶρμενα λαμπρὰ κέατ' ἐν μυρταίνῳ, & Dinomeni, prout cum describimus, pulchre conveniunt: Nihil etiam naturalius, quam ditiores ipsis divitiis suis ad res novas moliendas impelli, filiosque, si id egerit pater, ad similia tentanda ejus exemplo exstimulari. Ex quibus apparet, rationi etiam perquam consentaneum esse, quod suspicabamur. Sed ubi urbs Τυρακία vel Τυρακίη? eam a Cluverio & Holstenio sumsi, qui propter Plinii *Tiracienses*, nomen urbis ita probabiliter fingunt, & in eo adjuvantur ab hoc ipso loco. At quo modo Τυρακίη fiat a Τυρακία? De eo non laborandum sane: Τυρακία, Τυρακεία, Τυρακῆος, Τυρακῆος: talia multa apud Stephanum Ethnographum: inspicere ex. gr. V. Παρρᾶσία, Λυκᾶρεια, Ἰναχία, Κορώνεια, Ἀντιόχεια, Ἀκρόνιχ, Διομήδεια, Γλαυκία. Vides, ut in fumum abeunt omnes Grammaticastri miselli calumniæ? Nam quod ex Herodoto adfert, ut probet Dinomenen dici non potuisse *Tyracensem*, nullam meretur hercule attentionem: cum quia in loco Herodoti nihil de Dinomene, qui secundum ipsum Herodotum revera Tyraciæ potuit esse natus; tum quia Alcæus de solo ejus natali scribere potuit, quæ non scripsisset Herodotus: In istis sciunt omnes, qui literas nostras a limine modo salutarunt, quanta sit sæpe Auctorum dissensio. De loco Athenæi verbum addam: Satis obscurus ibi est Dinomenes: Ursinus, qui Versui ita scripto, Ἐκ ἧ ποτηρίων πῶνις Δεινομένει παρίστω, adjecit *Dinomenis* ἔ' alibi meminit Alcæus, ad hunc locum Hephæstionis haud dubie respexit. Fors egregie errant, qui ibi Δεινομένει legunt?

\*\*\*\*\*

Ver-



P R Æ F A T I O.

Verba recte intelligi possunt, ne litera mutata & punctulo modo τῷ πῶνις subdito: *Ἐκ τῆς ποτηρίων πῶνις δινομένη παρίσδον*, id est, *Post pocula vero doloribus agitata adsidebam.* πῶνις pro πινῆς & πιναις: quod *doloribus* verto: Hesychius, Πῶνα, γραφίον, λύπη: πῶνα pro πῶνα vel πῶνα, nisi πῶνα mavis: nam de accentu non disputo, qui variare potuit, & nullius est apud me momenti. Vertere etiam potes *ῥαῖνις*, quin & *Furiis*: sed minus bene. *δινομένη* pro *δινομένη*, ut *τίνομαι*, & alia id genus. Potest etiam legi, *Ἐκ τῆς ποτηρίων πῶνις δινομένη παρίσδον*, *doloribus agitata adsedi*: idque verius fortasse, saltem sensu convenientius: Vide & *judica*. Sic ibi *Dinomenes* plane exulat. *Pag. 491. Vanni. Ραῦνικυλλος*, γέρεα pro γέρατα *Idiotismus est satis notus: Sed illum satis notum idiotismum porro explicitum oportebat. ego talem idiotismum me ἔσ.* γέρεα pro γέρατα *Idiotismus est perquam notus: et autem insertum ob Metrum, ut in κρέα pro κρέα' apud Orpheum in Argonautic. V. 402. Male vero citat mea Orbiliolus: Nam ipse dederam, γέρεα ἔ γέρεα pro γέρατα Idiotismus est satis notus: Ita ubique integerrimus ille Grammaticaster. Pag. 492. Vanni. γλαυὸς appellativum verius videtur. An ita Bœoti & Æolice ου pro υ in fine vocum? Dubitarem, nisi Magistellus egregius adesset cum Editione egregia. Pag. 496. Vanni. Ραυος pro αὐτοριτατε. ὑψοῖ idem quod ὑψῆ. Cur non? terminatio illa satis frequens in istis, & mere Æolica fortasse: Nam pro ου illi amabant οι, ut ipsi pueri sciunt. Pag. 499. Vanni. σάλεσσι corrigit. metrum, ut paucis id tangam primo loco, ait ἔσ. Versum ἀσυνάρτητον a Libris mihi oblatum non aspernor, neque σάλεσιν etiam pro σάλοισιν: ὁ σάλῳ & τὸ σάλος, ut ὁ σκότος & τὸ σκότῳ, ὁ τάριχῳ & τὸ τάριχῳ, ὁ σκύφῳ & τὸ σκύφῳ, & alia id genus. σάλῳ autem sine dubio locus in litore vel ad litus, ubi naves in anchoris stare possunt: id enim aperte docent ista Polybii, καθώρμισαν πρὸς τι πολισμάτιον ἢ ὑπ' αὐτοὺς τατιομένων, ἀλίμενον μὲν, σάλουσι δ' ἴχον ἢ πρεβολὰς περικλειούσας ἐκ τ' γῆς εὐφραεῖς, a Stephano ad-*



P R Æ F A T I O.

adducta in Thesauro: quem adeas, rogo, ut videas, quam lepide improbulus distinguenda confundat; eique junge Casaubonum ad Strabon. Lib. 3. pag. 73. ἐν τῷ σάλῳ συνίζανον etiam ἡμεῖς ἐν σάλεσιν statuminat plane, eaque gemella sunt sibi: id nemo in dubium vocabit præter unum Orbiliolum, qui in istis cæcutire maluit cum Porto, quam veritati lippientes oculos aperire. ἐν σάλεσι κείμεν, ἐν τὰπῃσι πολλοῖς κείμεν, conjecturæ sunt hominis ineptissimi ingenio dignissimæ: id vident omnes, qui aliquid vident: in σάλεσιν Libri conspirant, quotquot prostant. Apolloni Dyscoli Excerpta, quæ nuper in publicum prodierunt Diligentissimi Reitzii opera, quam depravata sunt, nemo nostrum ignorat: Magis autem nunc placet mihi σάλεσιν & omnis illa suspicio mea, quia locus est Alcmanis Lyrici, ut ista Excerpta perhibent: in quibus etiam est σάλεσιν. Pag. 504. Vanni.

*Mox Arnaldus recte improbat ξεναγός. quod non animadvertit Pavo secundam corripere. forte ξυναγής, ut ἀαγής. Quid? cuditne Magistellulus vocem novam, & quæ nullibi occurrit? Suspicio, de Dorico ξεναγός cogitasse Græculum. Ead. pag. οἴστος ] hæc arcte cohærent ]*

*At optime Arnaldus ex Prisciano ostendit legendum, ἰσρ τοιαύτας παρθένας λοχεύεται. Ut nihil aliud dicam, quis Athazones commemorat ad Istri ripas? Bonum est quod Libri Hephæstionis habent, eosque secutus sum & hic, & alibi, quoties nulla erat mutandi necessitas: Enchiridion scilicet Technici edebam; non Veterum Poëtarum reliquias, & omnia proinde, quæ de illis notari poterant, congerere nec debui, nec volui: Hoc dictum sit semel propter mellitos verborum globulos, quibus & hic, & alibi passim meam in istis ignaviam taxat Suaviculus. Pag. 505. Vanni. ἐξώληθειν ] sic etiam in ipso textu gemino accentu fulget hæc vox: an potius duæ voces, quas Ἐρ. ἐξώληθειν pro ἐξωληθειν error est operarum: Orbiliolum hic habemus iterum misere delirantem more suo. Addam verbo: ἐριόλη non indigemus ad statuminandum πατέβλης: id enim satis statuminat*

\*\*\*\*\* 2

Scr.



P R Æ F A T I O.

Sermonis Analogia: vidimus supra. Pro ἐριώλη, quod apud Helladium est, imperite ἐριώλη reponit Magistellus: Nam sic distinctio est minor inter ἐριώλη eo significatu, & ἐριώλη pro vento ποκίο: Melius autem ἐριώλη convenit Dionysii & Euphorionis indoli, quam ἐριώλη, quia abtrusius est & antiquum magis: Quæ ratio facit, ut in jactus nomine etiam πατρίλης magis revera probem, quam πατρώλης: Nomina ista δημοτικά sunt & vere antiqua haud dubie. In Versu Aristophanis in Vespis, οὐκ εὖν ἐριώλην δῆτ' ἐχρῆν ταύτην καλεῖν, meliori jure ego rescripserim ἐριώλην: Sic enim Comice Dionysium propter ipsam illam vocem perstringit Comicus. ἐριώλη per se bonum est, sed absolute pro χλαῖνα, κακίζηλον videbatur Helladio: id diligenter observandum, ne cum Grammaticastro misello in ptias. In fine Animadversionis mirificæ scribit homullus, Arnaldus: "locus intricatus & adhuc intricatior ejus, quam dat Cl. Pauw, expositio" *Ejus ingeniosam διόρθωσιν amplector.* Itane? Ego vehementer dubito, an istam διόρθωσιν nunc probat ipse Arnaldus. εἶθ' ἰππώνακτ' τὸ μέτρον, ἔ μοι μέλει sine dubio intelligendum, ut dixi: *porro Hipponactis metrum quod attinet, id ego non curo, vel ommissa distinctione post μέτρον, porro Hipponactis metrum ego non curo.* τὸ ἠξίωσε paulo aliter accipiendum, quam vulgo accipi solet: Significat enim ἐπισημασίας ἠξίωσε, *fecit ut dignum sit observatu: fecit ut observare possimus digne: Ἐπισημασίας ἄξιον ἐποίησε:* Sic locus est apertus. Si verbum ἠξίωσε displiceat eo sensu, scribendum est plane, *ρίθων μὲν γὰρ ἐν ἰάμβῳ Ἐπισημασίας ἠξίωσε τὸ τοιοῦτον.* Hoc verbo hic. *Pag. 511. Vanni. Ἐπειὴ εἰς νῆας τε καὶ ἐλλάσποντον ἰκάντο. Dii boni, quale monstrum Spondiacum! Delirat Miser: Ἐπειὴ hic in principio Hexametri, ut Ζεφυρείη Vers. 119. Odyss. H. Vide Schol. Hephæstionis pag. 93. εἰς autem contracte hic, ut olim in Vers. 160. Batrachyom. φύλλοις μὲν μαλάχης εἰς κνήμας ἀμφεκάλυψαν: Periti sciunt. Non dubito, quin olim in Libris comparuerit lectio, quam posui: διτλογραφίαι in Homero innumerae. In Arnaldi conjectura ἡ peccat, quia*

αὐ-



P R Æ F A T I O.

αὐτὰρ præcedit : Nam αὐτὰρ ἢ ἐκ παρακλήσεως poni non me-  
mini. *Pag. 513. primum enim H hic non est* (sunt verba  
Arnaldi ab Orbiliolo transcripta, de Versu Corinnæ, Η διανέχοισ'·  
εὔδεις, οὐ μὲν πᾶρ ἤσθα Κέρινα, quem ita constitueram) ἢ,  
quæ, *ut credidit: sed ἢ, sine. alias Corinna, Dorica utens Dia-*  
*lecto, scripsisset &.* Sed in fragmentis, quæ ita apud Auctores  
Antiquos occurrunt, non solent Viri Eruditi, quorum exemplum  
sequor, Idiotismum anxie restituere: Vide eorum Commentarios:  
Hoc monitum sit semel. Addit, *dein διανέχοισ' Græcum non est,*  
*neque in Græca Lingua simile est compositum.* Notissima tamen sunt  
ex Lexicis, διαναβάλλομαι, διανακλάω, διαναπαύω, διανοίγω, δια-  
νίστημι, διαναπέρω. *Pag. 515. Vanni. λυθῆναι ὑπὸ πύσασα*  
*optime dicitur.* Imo pessime: Vident omnes, qui πύσασαχον no-  
runt: λυθῆναι ὑπὸ πύσασαω optime dicitur. λυεῖσα mihi, quan-  
quam in istis paulo audaciori, ne nunc placere potest, quia nec  
ἐλύθη, nec λυεῖς occurrit ullibi. *Pag. 517. Vanni. Verio-*  
*rem autem causam arbitror, quia Anapæstica amant διαλελυμένως,*  
solutos, pedes. Nihil stultius de Anapæstis in Versu Jambico: &  
refragatur ipse Hephæstion, qui διαλελυμένως & ἐμμέτρως sibi op-  
ponit: Θέλγει δοκεῖν διαλελυμένως διαλέγεσθαι, ἢ μὴ ἐμμέτρως: Quid  
autem Anapæstus? Facit ille ἢ φερίσιν διαλελυμένην δὲ τὸ τετρα-  
σημον, quo Metrum Jambicum, quod proprie ex τελοσήμοις con-  
stat, plane dissolvitur & temeratur ἐν ταῖς ἀρτίαις, quæ τελοσημα  
præcipue sibi requirunt, ne mensura Characteristica pereat: cu-  
jus minus tenaces sunt αἱ περὶ τὰ, quæ ideo facilius & cum mino-  
ri mensuræ Characteristicæ dispendio τετρασημα admittunt. Hic  
est verus sensus illorum, ut aperte docent præcedentia ista, εἰ  
τοίνυν ἢ σπονδαῖον ἐν ταῖς ἀρτίαις εἰδέχεται, εἰδὲ ἢ ἀπ' αὐτῶ λυ-  
θέντα ἀνάπαισον ὀφείλει δέχεσθαι: πρὸς μὲν οὖν &c: ex quibus appa-  
ret, de locis paribus, non de locis imparibus, Hephæstionem ibi  
præcipue loqui. Μοχ οὐ συνεχῶς κέχρηται probat Magistellulus,  
cum συνεχῶς κέχρηται antea pag. 429. probasset mire: Ride,  
\*\*\* \* \* \* \* } ride



P R Æ F A T I O.

ride Lector, ubi arietem Scholasticum valide sese arietantem vides. *Pag. 518. Vanni. Haud stricte verum esse in Trochaico non esse locum Jambo, quamvis id adseveret &c.* Imo id stricte verum in veris Trochaicis, de quibus agit Metricus: Ipse Scholiastes Aristophanis, ad quem provocat Arnaldus, τὸ δὲ μέτρον ἀσύστατον Εὐπολίδειον καλούμενον, εἰχὼν τροχαϊκῶν — ἰδίως δὲ τὸ τετάρτην ἐν τούτοις ἴαμβον. Sine ullo dubio ex Hephæstione ejiciendum est τὸ ἴαμβον, male ingestum a sciolis. Arnaldum tamen laudat & sequitur Phantasia, non homo. *Ead. pag. Εὐεπίδης τὸ ] τῶ vel τῆ τὸ ineptus Pavus, qui adpositionem non vidit: & stulte &c.* Nunc τῶ legendum ajo: appositioni ibi locus est nullus. *Ληκύνδιον ἀπώλεσεν* dixi commentum esse Comici, ut emendatiunculam verbo stabilirem. *Pag. 520. Vanni. Insulse Pave, ubi invenisti ἰμερῆ significare suavem te redde? Scapula ex Galeni Glossis, unde &c.* ἰμερῆδὲ significare suavem se præbere, non docet Galenus, sed ipsa Sermonis indoles: ab ἰμερῆ enim est verbum, & ipsum ἀνδρὶ μιγῆαι interpretatio est remotior: Pueri vident, & risum meretur Grammaticaster. *Pag. 521. 522. 523. 524. Vanni.* Calumniatur Magistellus, ut solet: Vide Notas: Ego de tempore cogitans, quo vixit Sappho, rem omnem in medio reliqui propter Versum præcipue tertium, a Viris Eruditis vulgo male intellectum: cujus sententiam si sequamur, fragmentum non potest esse ipsius Sapphonis, nisi admittam ea, quam Lectori considerandam proposui, Allegoria. Quid autem improbulus? Ipse scripturam vulgatam inepte mutat, ut locum Poëtriæ vindicet, & sic calumniatorem se prodit manifestum. Maximus Tyrius scribit, τὸ ἔρωτα à Sapphone vocari γλυκύνπιρον: Quia illud Epithetum hic habetur, ex eo etiam colligi potest certo, si Orbiliolum audias, verba esse unius Sapphonis: Alius scilicet nemo isto Epitheto de amore uti potuit: Nihil ita vivam, insulsius & ridiculum magis: Hæc sunt illæ ineptiæ, quas homines cordatiores in Grammaticis sæpe rident, ideoque libenter verbo noto. *Pag. 529. Van-*



Vanni. *Stultitia est fingere puellæ nomen fuisse γυρῖν* ⊙ . nam γυρῖνος masculini generis. *Ælian. de Animal. Lib. 1. Cap. 58.* ἡ Γυρῖν ⊙ displicet Magistellulo: Quid de ἡ Αβρότονον, ἡ Νάννιον, ἡ Φάνιον, ἡ Ωκιμον, &c, Græcorum dicturus est? quid de Latinorum *Annius Capra, Fabius Ovicula, Lentulus Sura, Sertorius Pica*, aliisque id genus plurimis? pag. seq. 530. de ἐρασῶ pro ἐρατῶ dubitat homo: Egregie & erudite: Pueri sciunt: Videat unum Hesy-chium in V. Ερατῶ, eique jungat Eustathium ad V. ιιι. Odyss. π.

Pag. 531. Vanni. *Hesy chius Ωράνα explicat χελιδόνων ὄροφῆ.* ego autem omnino glossam ad hunc locum Sapphus facere arbitrarer. Quid autem significat? an illud Ἔc: crediderim legendum ὄραννα χελίδων. Inepta Crisis: Nam pura Jonica ibi dedit Hephæstion, præmittens ipse, ἡ ὄρα μὲν οὖν ἄσματα γέγραπται ἰωνικά, ὡς περ &c. Glossa autem Hesy chii nihil ad hunc locum: Legendum enim ibi suspicor plane, Ωρενία χελιδόνων ὄροφῆ: *excelsum tectum, sub quo nidulari amant hirundines: ὠρενία pro οὐρενία: excelsa:* Similiter σφαῖρα οὐρανία dicitur, & ἵππον οὐρανία βρέμονα est apud Euripidem in Troadib. V. 519. Cui simile Aristophanicum in Ranis V. 793. ἀνεβόα οὐρανίον γ' ὄσον: quod Antiquus Interpres ibi exponit, ἀντι ἔ πολὺ ἢ μεγάλως ἐβόησεν. Neque dissimile illud Comici in Vespis V. 1483. Σκέλ ⊙ οὐρανίον γ' ἐκλακτίζων. & V. 1520. Ρίπτε σκέλ ⊙ οὐρανίον: Alia præterco. χελιδόνων ὑπεροφίνην μολπὴν ex Nonni Dionysiacis norunt Eruditi, & ista Ovidii in Fastis, *Tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo, Et luteum celsa sub trabe fingit opus,* tenent ipsi pueri. ρησίδιον est ex aliquo Poëta, quod sine interpretamento recensetur, ut alia id genus plura.

Pag. 532. Vanni. διὸ ἡ σώματα, φόρον ἐτέλεον Ρωμαίοις εἰς τῆτο. οἱ τοῖστοι δὲ ἱερεῖς εἰσι Δῆμητρ ⊙ ] *duo hic animadvertit pro sua doctrinula Philologus noster. In prius membrum notat, Nescio an hoc ullibi scriptum: At si id nescis, nescis rem notissimam, et Ἔc.* Nihil stultius & futilius unquam vidi: An locus Lampridii probat, aut probare potest, quod scribit? An Pa-  
tres





P R Æ F A T I O.

tres Ecclesiæ, si simile quid factum fuisset, id silentio præteriissent, & non objecissent gentibus? Nugæ, nugarum nugæ. Pergit: *Secunda animadversio est non minus erudita, in secundum membrum: Κυβέλης dixisset potius: nam illam colebant Galli. Gallos-esse Matris Magnæ sacerdotes pueri norunt. at pueraster noster ignorat Cererem & Matrem Magnam esse eandem Deam. At id &c.* Et hoc etiam adeo stultum, ut nihil magis: Nam sic omnia facile misceri possunt in Gentilium Sacris: Mirum, quod locum illum Apuleji notissimum non adduxerit Magistellulus, *Me primigenii Phryges Pessinunticam nominant Deum Matrem; hinc Autochthones Attici Cecropiam Minervam; illinc fluctuantes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi DiElynnam Dianam; Siculi trilingues Stygiam Proserpinam; Eleusini vetustam Deam Cererem: Junonem alii, alii &c.* Ut postea vidi, Josephus Scaliger in Animadversion. ad Chronicon Eusebii pag. 122. de hoc loco Scholiastæ non aliter sensit, quam ego sentio: Postquam enim verba attulerat, illis adscribit breviter: *imo ἰθαίαις μητέρας. nugæ: quibus Grammaticaster Philologus se delectet, non ego, aut alius quisquam, cui judicii modo est paululum.* Pag. 534. Vanni.

*τὸ α, ἀντὶ μακρᾶς] homo corrigit sana. Nam Syntaxin esse nullam ait, cum &c.* Cum ferula adsit Pædagogus, qui collegam propter errorem puerilem castiget. Pag. 537. Vanni.

*παρὰβιβασαί] legendum παρὰβιβῆται. — Sed nisi ipse pueri instar saperet, vidisset legendum παρὰβιβῆσαι. — παρὰβιβῆσαι alii forte scribendum duxerint. Stephanum vide in Thesauro, & Grammaticastrum ride: Suidas in V. παρὰβιβῆσαι explicat παρὰβαίειν. Addit miser, vellem autem sequentia mihi verba explicuisset: quæ me non intelligere fateor. Et hoc adeo ridiculum, ut nihil magis: Non intelligit, quæ ipsi pueri in Glyconiis intelligunt. Dicam uno verbo: ἢ πεντηκόνθ' peccat in syllaba postrema, quæ brevis esse debet: nam prima est indifferens, & vel longa vel brevis esse potest: Vide Hephæstionem pag. 32. & Scholiastem pag.*



P R Æ F A T I O.

pag. 35. Pag. 540. Vanni. Ορνίθων πλερίσματα ] a πλερίζω, πλερίσμα. pro &c. Vide Sycophantæ artes, quibus — . verum a πέρυξ est πλερύσσω. at πέρεις, longe aliud sonans, non progenerat verbum. Quis sanus eo sensu πλερίζω a πέρεις deducat? a πλερὸν est πλερίζω, ut ab ὄπλον ὀπλίζω, a μῆλον μηλίζω, a ξύλον ξυλίζω, a δένδρον δενδρίζω, &c: idque idem plane, quod πλερύσσω, neque a deo mutandum a quoquam, qui Linguæ Analogiam intelligit: Sed quid de Linguæ Analogia loquor homini, cui omnes Linguæ Analogiam sectantes cluunt *Hottentotti*? Egregius Grammaticus, præsertim in tanta Librorum strage! Rideant, rideant omnes, qui nati sunt Musis paulo faventioribus. Quid de Salmasio sentiat Orbiliolus, qui si hoc ejus judicium sequamur longe stolidissimum, *Hottentottorum* hercule princeps? Pag. 546. Van-

ni. Locus haud dubie est corruptus, quem diu &c: *At nonne hoc dixerunt aperte Junius & Caussinus & alii ad Jul. Pollucis &c.* Ista notavi ad ἀγνοῶντες respiciens, in quo ineptiæ sunt aniles, quas tamen retinet Sycophanta anilis, omittens etiam reliqua verba Pindari Commentatorum a me emendata, quæ suspensiones meas vel præcipue firmant: Nihil est in toto Libello, quod non indignum sit hominis ingenui calamo. Pag. 547. Vanni. ὀγδοῆ ]

requiritur εἰκοσῆ: imo sic *Mercerus*. Scripsi, εἰκοσῆ pro ὀγδοῆ requiritur haud dubie, eoque probavi *Merceri* conjecturam: Id pro plagio mihi imputatum, quia *Mercerum* scilicet non nominavi, cujus notula stat suo loco: Quid ais? Nonne delirus & improbus est homo? Dico semel: Nam ita *Misellus* sæpius. Pag.

548. Vanni. Porro in *Aldino* cum sit διάφραγτες, forte διαφράζαντες scriptum fuisse conjicio *Euge*, euge! διαφραζάντες est septo interposito separantes, obstruentes, ut ipsi pueri norunt: Sic igitur aqua commode potuisset exire: Stultior Grammaticaster non vivit: Hoc unum commentum id fatis etiam probat. Pag.

549. Vanni. quod autem addit ob numerum Syllabarum posteriores Græcos usos fuisse *Mediis*: id plane vapido homine dignum. Vide

\*\*\*\*\*

Sal-



Salmasium de Ling. Hellenistic. pag. 390. 391. 392. & Vossium de Poëmat. cant. & virib. Rhythm. pag. 44. 45. 46. Ista Magistrelluli superant captum.

Pag. 551. Vanni. ὄφθαλμον ὄφθαλμὸν] *Ραυέλι* non arridet oculus isie subcruentus. *amoveatur itaque. scribendum suspicatur* Ἔς: *At quis ne de cetera sribligine loquar, quis unquam ὄπαι in prosa offendit?* Id non mirum in Auctoribus, qualis est Philippus. ὄφαιμον subsistere non potest: *oculum enim imprudentem* notat: vide Philippum Lib. 2. Cap. 101. ὄπ' αὐτῆ ὄφθαλμὸν longius abiisset: alias id prætulissem. Pag. 553.

Vanni. Hic non delirat, sed insanit, ut sæpe, Grammaticaster: Non monerem, nisi amicum illum Custeri, qui apud Aristophanem in Avibus pro λαῖμα scripserat δ' αἶμα, me αὐτοτάτον esse fingeret: Id enim adeo falsum, ut nihil falsius: & patet ex Notula, quam carpit fatuus: In ea enim Custeri amicum refuto: Idem subinnuerat pag. 453.

Pag. 556. Vanni. *Dupondius literator hic, non intelligens, quid sit ῥίπτειν ἢ ἀκανθα. nempe non* Ἔς. Mercerus ῥίπτει ἢ ἀκανθα vertit *spinam abjicit*: quod ad ipsum Horapollinem temperare volui: Male: Nam sine dubio ineptissimum est, & temperari potest nullo modo. Sententiam igitur mutans ad Philen, τύπτει vel ἵπτει τῆ ἀκάνθα scribendum monui: quod homo miserrimus nunc arrodit miserrime. ῥίπτειν ἢ ἀκανθα scilicet intelligere potes, si intelligas, quid sit ῥίπτειν ἀγκύραν, ῥίπτειν βέλος: Nam Grammaticastro credas, ita plane ῥίπτεται ἀκανθα, ut ῥίπτειν solet ἀγκυρα, solet βέλος: Quid censet? Nonne sapit cum Sapientum octavo? Nihil ineptius unquam vidi. Sed in ἵπτει irrui Criticus Andabata: Id bonum non potest esse, quia ἵπτομαι dicitur, idque ipsum verbum Poëticum est, neque ἵπτω apud auctorem classicum ostendam: De Auctore Classico non laboro, ubi res mihi cum Philippo: Adferam tibi Grammaticorum testimonia, quæ sufficiant: Verbum activum vide apud Hesychium in V. ἵψαι. ἵψας. ἵψας. Etymologici M. Auctorem in V. διψα. διψα. ἰαπετός. ἵψ. Eustathium ad V.



## P R Æ F A T I O.

3. Iliad. A. & V. 393. Odyss. φ. Phavorinum in V. Ηψev. In quibus haud dubie, quæ ex Auctōribus desumpta sunt: Et legi, credo: sed quis talia annotet, si tyronibus erudiendis non det operam? Aliter literas tractant ingenui, aliter Orbilioli Pag.

567. Vanni. *Fragm. XXIX.* Turnebus versus separavit, eumque secuti sumus in Editione Nostra. *Turnebum forte hoc fecisse credas in Adversariis. ita in Turnebiana &c.* Hic misere iterum delirat Magistellulus: Turnebus in sua Hephæstionis Editione duobus versiculis interposuit ἢ οὐτὸ ὁμοίῳ, ac si non cohæsisent, sed ex locis diversis petiti essent: eumque secuti sumus in Editione nostra. Quid hoc commune habet cum Morionis deliramento? Alii versus istos arcte jungunt, & ita ut exhibent, cohæsisse putant.

Pag. 569. Vanni. *Sed quid te moror, Lector? Omnia furatus, quæcunque bona, sunt tamen admodum pauca, quæ in Anacreonte Pavonino leguntur. certe ex CIX. Fragmentis, quæ adponit: non unum debetur industriæ Pavoninæ. Omnia jam apud alios Editores, & præcipue apud Barnesium leguntur. omnia ex iisdem fontibus petita sunt. nec ullo modo vereor adfirmare, in omnibus locis, ex quibus fragmenta adduxit: & ex quibus illustrat, ne unum quidem esse, quem non sublegerit Barnesio aut Maittairio aut alii Interpreti hujus Poætæ, ut manifestius & impudentius furtum literarium a renatis literis vix commissum arbitrer. Nihil vidi Orbilianum magis, & cachinnos mihi incutit Suaviculus. Tu Lector, junge cum his verba mea in Præfatione Anacreontica, Et hæc de Odaviis Anacreonticis & eorum mensura. Illis ego subjeci omnia Anacreontis fragmenta, quæ Stephanus, & post Stephanum alii Viri Eruditi acquisiverunt sedulo: Idque eo lubentius, quia plura haud dubie sunt in illis, quæ ipsum Anacreontem auctorem habent, & a lepidissimo illo Corculo profecta sunt. Ea autem posui, ut &c. quæ forte non observasses, ideoque non illibens tibi describo & indico.*

Pag. 571. Vanni. *Inspiciat Jonismi principem Herodotum statim Lib. i. Cap. 5. τὰ δ' ἐπ' ἐμεῦ.*

\*\*\*\*\* 2

Non



P R Æ F A T I O.

Non ignorant pueri: ἐμέο, ἐμεῦ, σεό, σεῦ, sunt apud Herodotum: sed quis credat ita variasse Auctorem, & quidem in una eademque aliquando Periodo? Nugæ, nugæ. Ego non dubito, quin Amanuenses erraverint, & pro σεό & μέο sæpe scripserint σεῦ & μεῦ, quæ Dorica sunt, non Jonica: Adstipulantur Grammatici antiqui, qui σεό, μέο Jonibus, σεῦ, μεῦ Doribus adscribunt: Phavorines in V. Ἐργῶν, Etymologici M. Auctor in Ἐμεῖο, Alii: In Excerptis Apollonii Dyscoli, fateor, est Ἐμεῦ κοινή Ἰωνῶν ἢ Δαρειῶν. ἐμεῦ δ' ἔλετο μέγαν ἔρκον. Ἀκκε ἰὺν ἢ ἐμεῦ ῥάγκα. Σώφρων. ἢ Φερεκύδης ἐν τῇ Θεολογίᾳ, ἢ ἔη Δημόκριτος ἐν τῷ περὶ Ἀστρονομίας: Sed Excerpta ista adco depravata sunt & mutila; ut eorum exigua sane sit apud me auctoritas. Quid autem Sophron? Illene Scriptor Jonicus? Adhæc, cur Pherecydis, cur Democriti meminit, neglecto Herodoto, illo Jonismi principe, ut ipse Orbiliolus scribit, si σεῦ, μεῦ toties olim occurrebant in ejus Scriptis? Hæc male cohærent sane: & pejus adhuc cohærebunt, si illis adtexueris, ἢ ἐν τοῖς ὑπολειπομένοις συντάγμασι συνεχέσετον χερῶνται τῇ ἐμεῦ, ἢ ἔη τῇ ἐμέο. διὸ ἢ ὀλοκληροτέρων ἂν τις αὐτὴν ὑπολάβοι τῷ ἐμέο, ἢ σεό, καθὸ οἱ πεζολόγοι δὲ ἔ ἰ σὺκ ἐχρήσαντο τῇ ἔ δὲ ἔ ε. καίτοι τῷ περὶ τρύφωνα σὺκ ἀπιθαίσις λόγοις πεσοκεχημένων ὑπὲρ ἔ ἢ ἐμεῖο ἰντελεσετον εἶναι, quæ Salmasius habet ad Solinum pag. 591. Nam Pherecydem & Democritum in ἐμεῦ & ἐμέο male etiam vacillantes proponunt nobis. Ut dicam; quod sentio: ista etiam ex Librorum corruptela enata puto, quæ semper magna in Idiotismis exprimendis; & apud Pherecydem & Democritum, ut apud Herodotum, ab Amanuensibus pro σεό, μέο scriptum fuisse credo aliquoties σεῦ, μεῦ: id quod Grammaticum decepit, qui Excerpta ista ita adornavit. ἐμεῦ δ' ἔλετο μέγαν ἔρκον, sunt verba Homeri, qui ἐμεῦ utitur sæpius, quia non modo ita Dores, sed etiam Æoles. Jones, si ab ἐμέο, σεό recessissent, ἐμεῦ, σεῦ. haud dubie usurpassent, quia ita Attici, quorum sermonem illi imitabantur potissimum, ut Æoles sermonem

ini-



## P R Æ F A T I O.

imitabantur Dorum: Res est nota Eruditis. Orbiliolus in *Dialectis*, de quibus loquitur, ac si eas ad unguem teneret, puer est.

*Pag. 572. Vanni. nescivitne Eubuli hos versus apud Pollucem Lib. X. 26. 120. — λυε τὰ λαβασία ἔσ. In Oda XV. Anacreont. inter alia id suspectum videbatur mihi, quod unius ὑπῆις meminert Auctor in unctiōe: Id ut aptum & conveniens probet Misellus, fragmentum Eubuli adducit ex Polluce: quo scilicet commode illustrari potest locus integer: Notum quippe bardo, nihil de κροτάφῳ & capite ab Eubulo dictum fuisse in sequentibus: Rideant, rideant ipsi pueri. Sed Psalmo CXXXII. 2. legerat etiam Grammaticaster, ὡς ΜΥΡΟΝ ἑπὶ κεφαλῆς τὸ καταβαῖνον ἑπὶ ΠΩΓΩΝΑ, τὸ πώγωνα τὸ Λαγῶν, τὸ καταβαῖνον ἑπὶ τῷ ὄαν ἔ ἐδύματῳ αὐτῶ: quod nempe mire facit ad stabiliendam ejus sententiam: Me miseret homulli: Nam κεφαλῆ, quod ego in Anacreonticis requiro, ibi adest palam, & si ΕΠΙ ΚΕΦΑΛΗΣ literis majusculis edidisset, non potuisset quicquam adducere, quo Crisim meam justissimam ipse stabiliret magis. Addit tamen: *Quid? si idem Monachus in Ergastulo suo etiam Psalmum hunc totum adornavit? Harduini affectus hoc probabile valde fiet. Poteratne stultius? Sed aliud sequitur: certe Odarium saltem multum de pretio suo amiserit, quod hujus antiquissimi ἔ Judaici moris meminert: uti p 115. Oda XXVIII. multum de pretio suo amittit, quia locutio Evangelica ἀπέχει in ea occurrit. Et hoc non stultum modo, sed etiam improbum iterum ostentat: Ut scilicet apud eos, qui cum aniculis sapiunt, in suspicionem violatæ religionis me adduceret, egregium illud de locutione Evangelica commentus est Orbiliolus. Sciunt Eruditi, quid de stylo Novi Fœderis Beza, Salmasius, Gatakerus, & ut alios recentiores non commemorem, scripserunt ipsi Ecclesiæ Patres; & sic non poterunt digne satis ridere Grammaticastri deliri malitiam pessimam: imprimis ubi in Indice conspiciunt illa, *Locutiones S Scripturæ improbat. 572. 573.* Id facere scilicet est αἴρεσις plane intolerabilis Viro adeo pio**

\*\*\*\*\*

3.

&amp;



P R Æ F A T I O.

& Christiano, ut est piissimus & Christianissimus ille Orbilius. Pergit improbus Morio: *Eadem ratione forte etiam Oda XXXII. displicere possit, ubi numerus arenæ maris ponitur pro numero non definiendo.* Εἰ ἡμαθῶδες εὐρεῖν τὸ τ' ὅλης θαλάσσης. nam & illa locutio in sacris literis obvia. *Josue XI. 4. Καὶ Ἔς.* In quibus se porro deridendum præbet omnibus: κακίζηλον & ineptum est εὐρεῖν τὸ τ' ὅλης θαλάσσης ἡμαθῶδες: idne occurrit in istis Sacræ Scripturæ locis? Legere discat Miser: ἄμμον τ' θαλάσσης τῷ πλήθει in illis occurrit simpliciter, idque bonum nec a quocquam improbandum; non ἄμμον τ' ὅλης θαλάσσης εὐρεῖν, quod pravam & improbandum ab omnibus, qui sapiunt, quia ad eam numerandam nullus ne minimus datur accessus: Diximus aperte & perspicue: Id tamen distorquet etiam improbulus: Nam inde statim mutilatum istud, *ubi numerus arenæ maris ponitur pro numero non definiendo*, omisso & suppresso εὐρεῖν: Technas homuli perspiciunt omnes, & hæc sola produnt ingeniolum & mores ejus pessimos. Rideo autem, cum Virgilium, & cum Virgilio Nicolaum Heinsium citet, ut locutionem ἄμμον τ' ὅλης θαλάσσης εὐρεῖν evincat esse aptam & bonam: Nam ut dem adducta Virgilii & Heinsii esse gemella: iisne locutio inepta evadere potest apta? Sic sentiunt Grammaticastri, qui omnia non modo probant, quæ apud Antiquos extant, sed etiam aperta eorum vitia sequuntur libenter, & eos, qui tam patiente animo imitantur Antiquos, suspiciunt & laudibus in cœlum evchunt: Aliter Viri Cordati, qui rectæ rationi plus tribuunt, quam toti antiquitati, & Antiquos homines fuisse existimantes, quales nos sumus, in illis modo eos imitantur, quæ apta sunt rectæque rationi conveniunt; relinquunt vero sibi in illis, quæ sunt inepta & rectæ rationi adversantur: Hi literis humanioribus honorem, illi literis humanioribus faciunt contumeliam, & in causa sunt, ut a Lepidioribus, qui ingenio & judicio valent, sæpe cum ipsis cultoribus suis derideantur: Non ignota narro, sed quæ omnes sciunt, qui in vita non sunt hospites.



21  
P R Æ F A T I O.

tes. Locutus igitur ita fit Virgilius, locutus ita fit eum imitans Heinſius: Eo non dimovear ego ab improbanda locutione per ſe inepta: Nam recta ratio plus valet apud me, quam centum Virgilio, centum Heinſii, & tota Grammaticorum phalanx. Non tempero mihi, Lector Cordate, quominus hac occasione tibi deſcribam verba elegantiffimi Broukhufii ad Sannazarii Eclogam 3. Verſ. 70. Plane enim hic ad rem noſtram pertinent: Ita ille ibi, *Quatuor inſulas hic commemorat pœta, (quarum ſingulæ ſingulis Diis gratæ ac ſacræ) Cyprum Veneris, Cretam Jovis, Samum Junonis, Lemnum Vulcani. Deinde ut Ænariam curvis earum exæquet, dicit illam habitari ab Hyale, nec quamdiu iſtic futura ſit Hyale, ceſſuram vel Samo, vel Lemno. vitium eſt in anacephaleoſi: nam cum quatuor nominaverit initio, duas in fine omittit: quod factum non oportuit: Et tamen eundem errat errorem in ſequentibus verſibus. opinor a prava Virgilio imitatione, (ignofcite, eruditi, voci liberæ) qui Ecloga ſeptima bis itidem quatuor arbores nominat, quarum non niſi duas repetit in fine: Populus Alcidæ gratiffima, &c. nam quod interpretes duas reliquas ſubintelligi volunt, id ſane nimis quam acutum eſt. Virgilium erraſſe; Sannazarium Virgilium errantem male imitatum fuiſſe, Vir Eruditus haud dubie veriffime ſcribit: Sed quam ſubtimide id facit, interjiciens iſta, *ignofcite, eruditi, voci liberæ?* Grammaticaſtros nempe noverat, qui *vocem liberam* audire nolunt: & miles, qui in bello non metuerat hoſtium gladios, metuebat in literis imbellium ſtylos: Res non ferenda ingenuo: Ego ſane eos metuere deſii ab eo tempore, quo iudicium naſtus fui maturius, & rectam rationem ſecutus ducem, & literas & aliâ humana quævis pretio ſuo æſtimare cœpi; neque eorum vanam & ſine viribus iram unquam vel minimi faciam: Literas colo, non pulſatam literatorum turbam, & voce libera ſæpe utor, ineptias ineptias vocans, etiam quando proficiſcuntur a Viris Eruditiffimis, ſi illi eodem modo de aliorum commentis locuti fuerint: Lex talionis ſemper juſtiſſima viſa fuit: Et ea in me utantur etiam alii:*

non





P R Æ F A T I O.

non ægre feram : De syllabis enim & syllabarum partibus plerumque agitur, rebusque levioribus, in quibus errare peccatum est leve: quod proinde, etiamsi acrius paululum, reprehenditur sine noxa. Et sic apparet, quid sentiendum sit de *Indice atro*, quem in Vanno contexit homo quavis Sithonia nive candidior: Liberior loquor, sed si singula ad loca sua referas, exceptis pauculis, videbis, non errantes, sed ipsos errores a me taxari. Alia longe atrociora sunt in aliorum Commentariis: id nemo adeo hospes est in literis, qui nesciat. Visne aliud, quod ego in Calabria reprehendi, & Magistellulus noster tuetur? Versu 456. Lib. 10. legimus de Alcimedonte, Εἶπεν ἄνω τὸν δ' αἶψα διηξίην φέρον οἶμον: ubi noto, *Ac si volasset, non per scalam ascendisset: Inepta hominis Scholastici ἔννοια*. Recte: Nam quis apte loquens, οἶμον ἀερίην dixerit *scalam*? Rhodomannus in versione, *eumque sine mora iter aerium effert*: quod locutionis ineptias omnium oculis exponit statim: οἶμον διηξίην est via per aërem, non via per scalam, & ut hæc hominibus, ita illa volucris convenit: Nihil certius, si attendas. Quid tamen miser? οἶμον διηξίην per *scalam* istis Papinii Statii it stabilitum, *Ardua mox torvo metitur culmina visu, Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus, Aerium sibi portat iter*: Poëtamque haud dubie propter illam quoque locutionem vocat Poëtam magni spiritus. Ridete, ridete omnes, qui Bonam Mentem colere instituistis unquam: Si quis hodie eum, qui *portat magnam scalam*, diceret *portare aerium iter*, nonne ad ineptientes summo jure amandaretur statim? At hoc elegantissimum & laude dignum in Auctore antiquo. Arundines paulo altius excrecentes, διηξίην ἀταρπὸν πατῆν dicuntur Oppiano: id apprime etiam elegans, & in rem Calabri: Geminetur, geminetur risus, & ciconia pingatur Grammaticastro ita desipienti. Istæ locutiones plane sunt ineptæ, & qui Magistelli munere fungitur, peccat, si juvenes ejus curæ commissos non doceat ab illis, tanquam a toridem scopulis, sibi cavere sedulo: Verba grandia in Poëtis  
amo,



## P R Æ F A T I O.

ano, sed quæ non inepte tument; & naturam imitantur, non temerant, aut male superant: Ea enim sunt lallantium, non loquentium. Unde est, quod etiam probaturus sim nunquam illud Calabri Lib. 14. V. 457. Οἷον ὅτε σεροπῆσιν ἀπιβρέμει ἀσπετος αἰθήρ, etiam si centena adducerentur exempla similia; quæ omnia habebo eodem loco ac numero; quia natura non fert, ut sonus adscribatur fulguri, & ineptiunt proinde, qui talia contra naturam effutunt lingua stolidi. Grammaticaster miscellus ea de re pag. 595. suo more: πρησῆει δυσηχέει ex Oppiano nihil ad rem: Nam πρησῆει est turbo igneus, non fulmen, de quo loquitur Quintus: Vide Aristotel. de Mundo, Senecam Quæst. Natur. Lib. 5. Cap. 13. Plinium Lib. 2. Cap. 48. & 49. Hist. Natur. Scholiastes Oppiani recte, πρησῆει, ἀνέμῳ: cui apponitur congrue δυσηχέει. In Luciani Timone ἐισμαεργῶ ἀσεργῆ vertendum *coruscum fulgur*: σμαεργεῖν est λάμπειν: Vide Etymologici M. Auctorem in V. Σμαεργεῖ, & Eustathium ad Iliad. B. Pessime vertitur vulgo *magnicrepum fulgur*, ubi βαρύβρομῶ βροντῆ sequitur: Id enim sonum a fulgure arcet ipsa præsentia sua: Vident omnes, qui vel modice attendunt: Fulgur, tonitru & fulmen ibi distinguuntur rite: Virgilii *vibratus ab æthere fulgur Cum sonitu venit*, ne puer mihi objiciat, qui Servium modo inspexerit: & tamen id mihi objicit Magistellulus, qui ita eruditione sibi videtur florens, ut post obitum Excellentissimi Burmanni Cathedram Lugduno-Batavam jam occupaverit animo: Ridete, ridete, quotquot in literis estis: pueri, juvenes, viri, senes. Et hoc verbo etiam de istis. In altero Calabri loco διηερίη φέρε κλίμαξ aptum fuisset: Nam scala excelsa, & quæ gradientes altius fert sursum, recte ἡερίη & διηερίη dicitur κλίμαξ: Quare probo etiam illud ex Anthologia, ἡερίην κλίμακα μισάμενος: ut & ἡερίη Γερανεῖα pro *Geranea excelsa* in alio Epigrammate apud Holstenium: Similiter οὐρανή ὄροφῆ explicuimus antea in Hesychio. At οἶμῶ διηερίη longe aliud, & ineptum, ideoque ineptientibus relinquendum: Quod Pædagogulus

\*\*\*\*\*

lus



P R Æ F A T I O.

lus non vidit, iudicii penuria longe diversissima pessime mi-  
scens. *Pag. 575. Vanni. Si unquam stolidi crasis instituta fuit, sane hæc est.* Delirat miser: Quod de Niobe dixi, adeo certum & perspicuum est, ut de eo dubitare possit nemo, cui cor recte salit: Niobe formam non mutavit, sed in saxum dirigit: Quid illa ad amantem, qui in quaslibet formas mutari cupit, ut quibuslibet modis potiatur amata? Nihil hercule, nihil: Hoc pueri sentiunt. Aptior mutatio in Pandionis filia: sed quid in ea etiam, quod ad amantis vota pertineat? Ipsane tristitia, & summum, quod mutationi ansam præbuit, infortunium? Nugæ, nugarum nugæ. In Niobes exemplo causa, ob quam mutata est mulier, ineptias quoque inducit: Delinquens in saxum dirigit Niobe pœnæ loco: Id commode alleget amans, qui amoris causa mutationes sibi exoptat quaslibet animo læto? Stulti sunt, qui ita sentiunt. Protei & Periclymeni exempla haud dubie sumeret Poëta bonus: Illi enim facere poterant, quod facere in votis habebat amans: Utinam liceret mihi, quod Proteo, quod Periclymeno licuit; mox, o suavicula, ἴσοπτρον εἶην, ὅπως αἰεὶ βλέπῃς μεῖ ἐγὼ &c: Hæc casta & bona; neque ambigat quisquam. Quod de exemplis a mulierculis perperam ductis scribo, rectum quoque & rationi consentaneum, quoties exempla suppetunt, quæ a viris æque commode & æque signate duci possunt: Ea si déficiant, alia muliercularum veniunt in subsidium: Thyas recte sumitur in viris, quia in Bacchi comitatu non erant mares ita furentes, & ipse furor Thyadum furores alios facile superabat: Exemplum igitur simile a maribus pcti non poterat. Exempla ab animalibus sumta huc non pertinent. In his iudicio opus est exacto, quo cum destituatur plane Orbiliolus, frustra de illis cum eo contendam.

*Pag. 580. Vanni. — τ δ' οὔτε πέλει ἄρα οὐδὲν ἔτε γενέθλη. Οὐ γὰρ ἐν πολίεθρον. G. Canterus L. I. Var. Lect. 7. p. 42. legit certa coniectura, τ δ' οὔτε πέλις ἄρα οὐδὲν οὔτε γενέθλη. Certa coniectura? At nihil mutandum: οὔτε ἐστὶ οὐ τί: nihil: τ δ' οὐ τί πέλει ἄρα οὐδὲν, οὔτε γενέθλη: hujus autem non est quidquam, neque fami-*  
mi-



## P R Æ F A T I O.

*milia prope*: τι res, γενέθλη personas respicit: neque bona hic habet, neque propinquos: Sic apte sequitur, Οὐ γὰρ ἐὼν πολίεθρον· ὑπὲρ ξείνοιο δ' ἀνακίϑη &c, neque πόλις ante πολίεθρον offendit. Porro Lectorem inspicere jubet Orbiliolus Canteri Libros Variarum Lectiōnum, ut sciat, quam supine negligens fuerim, quod ejus conjecturas non retulerim suis locis: Idem ego rogo, sed ut scias, Lector, qua impudentia sit Magistellulus, qui ista scripsit. Pag.

582. Vanni. *Hesychius*, ἀθλεύεται. inde apparet — despit, si non vidit legendum ibi esse ἀθέλβεται, vel ἀθέλδεται, vel ἀθέλγεται. διηθεῖται, percolatur. ut recte ultimam vocem exhibet Favorinus. Bellus Criticus, qui in Hesychio voces primas tam facile mutat! Eruditi sciunt. Rectum est, quod editur, & διηθηται scriptum pro ἐδιήθηται: Non dubito enim, quin ἀθλεύεται sit desumptum ex Auctore antiquo, qui id pro διηθεῖται & ἐδιήθηται adhibuerat, secretius & audacius: ἀθλεύεσθαι, exercitari: inde significatio illa remotior: Talia in Hesychio millena, quæ Grammaticastri non capiunt. Si aliud lateret, scriberem, ἀθλεύεται, διητᾶται, vel διηττηται pro ἐδιήθηται: ἡτᾶσθαι notum est: inde διητᾶται: quod voci explicandæ apprime convenit: Sed prius ego sequor. Pag. 583.

Vanni. Μήτις] Rhod. μήτει. Pav. μήτι pro μήτιι. — Sed ait μήτει esse generis neutrius. at ego a μήτις μήτιος, μήτεως, μήτει venire posse statuo, ut a πόλις, πόλιος, πόλεως, πόλει. Similiter μήτεα Hesychii a μῆτις deducat: In istis perquam facetus est Magistellulus. Unde etiam novit, μῆτις facere μήτεως? Pag. 600.

Vanni. εἶθε τοίνυν, ἐμὸν γάνϑη, σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς φύσεως ἔχοις ἢ νίκην. — est locus corruptus, & legendus sic. εἶθε τοίνυν, ἐμὸν γάνϑη, σὺ μὲν ταύτην ἐκ τῆς κρίσεως ἔχοις ἢ νίκην. perlege Epistolam & non dubitabis. Inepta Crisis: νίκην illam ἐκ τῆς φύσεως habebat amata, ipsamque φύσιν iudicium amantis habebat pro fundamento suo: Nihil apertius ex tota Epistola: Si amans dixisset, quod Magistellus cum dixisse fingit, tantum sibi ineptulus in formæ negotio tribuisset, quantum ineptissimus ille sibi tribuit in literis:

\*\*\*\*\* 2

ἔχοις



P R Æ F A T I O.

ἔχοις votum continet, & νίκην ἐκ φύσεως perpetuam vovet amatæ: id Misellus non vidit: Scis, quid morbi & alia faciunt sæpe.

*Ead. pag. Lib. I. 1. habet Sambuc. μελάντατοι. ubi jam obtinet μελάνταται κέραι. Atqui te oportebat scire, O Archipædagoge, Pave, Atticum hoc vel maxime esse, ut te verbis compellem, quibus Ἔς. Vnustum nempe fuisset, τὸ ἢ μέλαν αὐτῶν, αἱ κέραι μελάντατοι ἢ τὸ κύκλω λευκὸν, αἴγλην λευκότεραι: Ita legat Grammaticaster. μελάνταται in textu Quarta editio, quam expressi.*

*Pag. 602. Vanni. Facile fero non adnotatum in Sambuciana esse εὐτυχίην. nam — at minime æquo animo feret Lector, mox ab ipso editum contra Ἔς. In adumbrando operæ fuerunt paulo negligentiores, & in corrigendo ego etiam fui paulo negligentior: Inde triumphum sibi ducat Magistellus lepidulus: οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ: & homulli stultitiam ridebunt Viri Cordati.*

*Pag. 607. Vanni. Ait, pro παραξοροῦσιν in aliis Apographis Apostolii scriptum erat ἀναξοροῦσιν ] At homo mentitur. Pantinus perspicuis verbis ait, pro quo Ἔς. Nihil stultius stulto Grammaticastro: An libri excusi non dantur ex libris manu scriptis? Aliud ibi: Antea paulo impudente bucca adseverat in Aristophanis Tagenistis scriptum fuisse, πάντα Ἔς: conjectans scilicet: Præmitto ipse, Dicam, quod suspicor &c.: Et hoc verbo uno etiam in specimen: Ita ubique Miser.*

*Ead. pag. Si magis quid velis mutare, lege τῆ πρώτον αὐτίκα φανείσῃ: quod dicit margo libri mei, habens τῆ πρώτον. Ita nempe πρώτον αὐτίκα jungetur apud Græcos: Ineptit Pædagogus, & de conjectura mea nemo dubitabit, qui ad sententiam & indolem loci vel leviter attendat. Quod de Schemate Alcmánico addit, risum mihi incutit blandum: Ita puer, se metiens pede suo.*

*Pag. 608. Vanni. imo non sic legimus, sed cum viro δοῦτο πλοκίων. Id nemo probabit, ubi & ὄρμη & ἑπιδέρραιον adsunt.*

*Pag. 609. Vanni. Visne aliquid re vera Asininum, re vera Pavoninum alius generis Ἔς. Hæc cachinnos mihi incutiunt solutos: Mercerus edidit in Contextu & in Notis ἐπ' ἀρότρῳ: id ego non corre-*

xi:



## P R Æ F A T I O.

xi: Scis, quare? Qui Linguam aliquam sibi reddiderunt perquam familiarem, ea, quæ male scripta sunt, legere solent, ut scribi debuissent, & vident animo, quod oculis non vident: Idem mihi, idem Mercero accidit. Pedanteriam stultissimi Magistelluli ridebunt, scio, omnes. Qui eam in rem tot verba infumit, Asinus est; & qui talia operosius emendat, parum etiam ab Asino distat: Eruditis tales errores non sunt errores, puërisque illi obesse possunt solis.

Pag. 613. Vanni. *Barbare corrigit* *περσερείσον μοι*. Ita homo barbarus: *ερείδειν* & *περσερείδειν* sumuntur etiam passive: Res est nota ex uno Stephani Thesauro. *Ead. pag. ἐγὼ τάλαν*] *a manu docta* — *At Pavo, ego te misera? rogem scilicet te mederi malo meo. Vidistine aliquid putidius?* Nihil sane putidius vidi hac homulli Notula: Vitio Typographico *misera* male editum est pro *miser*: Id vident omnes, qui distinctionem a me mutatam vident: Id delirus Grammaticaster videre non potuit.

Pag. 615. Vanni. *πυκνὰ παθομένης*! — *Quid autem ipse? Ex Scapula locum, quem Ἔς. Misellus facit, quod solet: Locus Platonis suspicionem meam stabilit certo: τέγγεσθ* est humectari, perfundi: inde pro liquefcere, emolliri, macerari, cedere, succumbere sumitur. Philosophi *μη τέγγεσθ ὑπὸ κακοδοξίας* non male vertitur apud Stephanum in Thesauro, *non emolliri infamia*. Æschylus in Prometheo Vincito pag. 60. *λέγω ἔοικα πολλὰ ἢ μάτην ἐρεῖν. Τέγγη γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσση λιταῖς Ἐμαῖς δακῶν ἢ σόμιον ὡς νεοζυγῆς Πῶλος, βιάζη ἢ πρὸς ἡνίας μάχη.* Accommodate etiam Hesychius, *τέγγεσθ, εἴκειν, ἐνδιδόναι*. Pueri vident. Quid jam Pædagogulus? Scribit, *ἢ δεινῶς ἐκπηδᾶν ἢ φθέγγεσθαι μοι δοκεῖ νεοῦθεν*: In quo nihil est, quod ejus indolem non referat: Nam quid *φθέγγεσθ* *ἀπλῶς*? idne doloris significatum inducit, & cor dolens nobis exhibet? Delirat homo: In gaudio, ut in dolore, *φθέγγεσθ* potest cor figurate: Nota igitur adsit, oportet, qua dolor in molestis, ut gaudium in hilaris significatur: ea vero nulla hic: & proinde verbum hic ineptum.

\*\*\*\*\* 3

plane.



P R Æ F A T I O.

planē. At ὑλακτεῖν dicitur cor Ulyssis, neque ὑλακτεῖν & φθέγγεσθαι differunt: Concedo, si de Orbiliolo accipias, qui latrat, cum loquitur: de Ulyssē & omnibus aliis nego. Idem vitium, quod in φθέγγεσθαι est, etiam est in νειόθεν: Nam & dolor summus, & gaudium summum facit, ut quod cor emittat, ex imo & profundissimo veniat. ἀνεσονάχιζ' ἀγαμέμνων Νειόθεν ἐκ καρδίας usum loquendi docere potuisset Magistellulum, si stupidior non esset Praxillæ Adonide: Alia similia prætereo. Utinam bonus illam Pergeri conjecturam, a Wolfio in Anecdotis Græcis Tom. IV. pag. 172. relatam, vidisset, πυκνά παλλομένης ἐφάπτομαι τῆς καρδίας, ἢ δεινῶς ἐκπηδᾶν ἢ φθέγγεσθαι μοι δοκεῖ ᾧ, εἶα: Fallor, aut eam propter cruditionem singularem probasset. Ego talia, & alia longe meliora, sæpissime prætereo, ne Notulæ meæ incassum crescant; & si animo morem gererem, ea referrem sola, quæ mihi de Auctorum locis videntur, ut si Eruditis placerent, reciperentur; sin minus, eo ablegarentur, quo prava quævis: Sic Notarum strues Auctores antiquos non premeret, & Lectoris commodo nihil etiam decederet: Vere enim eruditi habent in numerato ea, quæ absunt: Semi autem eruditis, quia de illis judicare non possunt, adducta usui revera sunt nulli. Pag. 616. Vanni. τί ποτε ἄρα μοι πεφύθηκεν] quid vero mihi genuit intus? Pavo. Mercerus — *Intelligisne illud Pavoninum? ego sane nullus.* Ubi ᾧ γλυκύτατον πῦρ præcedit, non intelligit Miser illud meum Græca referens exacte! Sed verbum insolens πεφύθηκεν non placebat homini: Grammaticastri scilicet nil nisi trita amant, & cum vere eruditi Linguam ditio- rem reddere cupiunt omnibus modis, illi contra Linguæ opes accide- re student omnibus modis: Notissimum est ἐφύθησατο ex Theogo- nia Hesiodi. Ipse Orbiliolus primo πέφυκεν conjicit: quod male γλυκύτατον πῦρ relinquit sibi, & verborum cohærentiam tollit: Dein ex prava Viri Docti conjectura effingit suam adhuc deterio- rem, τίς σέ ποτε ἄρα μοι πεφύθηκεν ἔνδον: Nihil enim revera pejus, ubi



## P R Æ F A T I O

ubi de eò, qui ignem amoris in pectus sibi immiserat, Citharcedo nempe amabili, dubitatio erat nulla Parthenidi: Vide Epistolam; & stultum ride.

*Ead. pag. κεχυμένε ] Tollius — ut ipsi condonem illud σεσευμένε. Ita operæ: ipse scripseram σεσυμένε: Nec tamen alterius me puderet: Id enim a σεύω, apprime bonum: Hesychius in Lexico, Σεσεύανται, ἀρημέκασιν: Scribendum Σεσεύαται.*

*Pag. 619. Vanni. τείχων. increpuimus merito inscitiam puerilem hominis, qui hic τείχων ἔσ. τείχων pro τοίχων edidit Mercerus, parietibus recte vertens: id ego non correxi: Et de isto errore bis agit Magistellulus: Quid ais, Lector cordate? Nonne dignus est homo, qui ferulam portet? Talia ubique, & mox hac ead. pag. in ἐφύσατο. Vellem talem pædagogulum mihi nancisci possem, qui exempla corrigeret: Sic ea, quæ sunt alicujus momenti ipse curans, in aliis levissimis opera homulli egregia uterer libenter.*

*Pag. 620. Vanni. cum modo una litera mutata legendum sit, τοιγαρῶν, ὡς Μέλισσα ἐμή. Id mihi non placuit, quia sic nihil de se dicit amans: quod utique factum, & faciendum, ubi sequitur σὺ ἢ ἄπο τῶ ὀμμάτων τῆ θεᾶ γανυμένε ἀγεις ΗΜΑΣ: Maneat igitur ἐμὲ ἀρπάζεις, quod sententiæ necessarium, & Magistellum judicio destitutum, non plorare, sed vannare jubet.*

*Pag. 632. Epilogi. At ut Galli, Germani, Britanni, Belgæ, in unius hominis vituperio ἔσ. Nonne diceres, nationes integras in me conspirasse? Ex istis tamen montibus non prodit, nisi mus ridiculus: Agitur enim de Menstruorum, Actorum, Bibliothecarum, &c, Auctoribus, Viris omnigena eruditione refertis ad ipsam Epiglottidem, qui si ante seculum & sesquiseculum de literis nostris scripsissent, quæ nunc scribunt, Senatus Literarii decreto solenni ad τ Μακαρίων fuissent ablegati, ut ibi umbras chartulis suis suaviculis oblectarent, ipsique fierent μάκαρες. Hi tamen animadversunculas in me scriptas vocant mortificantes: Ac si ab istis bellulis aliquid proficisci posset, quod hominem paulo eruditorem mortificet: Et hoc suave profecto. Quid*

ta-





P R Æ F A T I O.

tamen Orbiliolus? Ille pag 558. Vanni istis facetiis apponit; ΕΞΕΤΑΣΙΣ ΜΕΑ ΝΟΝΔΥΜ ΤΑΜΕΝ ΠΡΟΔΙΕΡΑΤ: quæ scilicet *mortificantibus* illis longe adhuc *mortificantior*: Et hoc suavius primo suavi: Nam nihil stultius unquam visum ista ΕΞΕΤΑΣΙΣ, ut nunc sciunt omnes. Visne tertium omnium suavissimum? Bonus Magistellulus nactus, ut putat, Crinagoræ Epigramma locupletius ex Libris locupletioribus, ob eam rem non modo magnifice se effert, sed etiam inter alia hæc egregia mihi impingit pag. 185: Vanni: *prebendi durum, fateor, in tam aperto flagitio. an forte audes tibi hanc appendicem esse suspectam prætexere? an corruptum tertium versiculum causaris? an Iambos hexametris & pentametris immixtos proscribes, ut obreptitios? Quid horum? quin capite obvoluto ploratum potius abis. ne tamen ceu Sphinx, soluto enigmate, præ desperatione de saxo vel turri Trajettina desilias. vive, vive, Pave, ut diu Eumenidibus adhuc tuis ludicrum præbeas, oro.* Ac si frustum Epigrammatis visum vel non visum tanti esse posset viro cordato, qui propter totam antiquitatem, & omnes Libros antiquos, quotquot sunt, animi sui tranquillitate ne unam quidem dieculam carere veller: Et hoc omnium, ut dixi, suavissimum, neque in eo genere quicquam par aut secundum ulli: Hæc verba scilicet sola Archipedantum Archipedantissimum nobis repræsentant, & propter verba hæc sola dignissimus est miser Magistellulus, qui pro tali habeatur ab omnibus non insulsus. Pag. 648. 649. &c. Epilogi. Asinus ad Lyram est Grammaticaster: Dicam paucis, quod res est, & male rudentem exponet omnium, qui in re Musica aliquid intelligunt, risui. Cum Cithara a Terpandro septima chorda fuit aucta, ex simplici facta est duplex, & duo tetrachorda per mesen fuerunt conjuncta: Primum enim Systema consonum est *tetrachordum*: a quo ad alterum *tetrachordum* proceditur vel conjuncte, vel disjuncte: Conjuncte, si mese sex aliis chordis interponatur: Disjuncte, si præter mesen sex illis etiam interponatur *paramese*: Unum *tetrachordum*



## P R Æ F A T I O.

*idam duplex συνημμένον*, alterum *tetrachordum duplex διεζευγμένον* constituit. Res est nota ex Boëthio aliisque Musicis: Hoc primum. Alterum, quod ex primo illo sequitur: Quot in Cithara erant chordæ, tot in Cithara erant nomi: Nominatorum enim numerus chordarum numerum sequebatur: quia nomi singuli suas habebant chordas, a quibus incipiebant, & in quibus sæpe desinebant: Et hoc ex Musicis etiam satis notum. Vide, ne alios commemorem, Joannem Wallisium ad Ptolemæi Harmonica, qui multa de his collata Clave Hodierna. Septem nomos Citharædicos Terpandri commemorat Plutarchus: Ex illorum numero colligere licet certo, Citharam Terpandri chordarum fuisse septem: Nam id ex præmissis sequitur indubie: Atque hinc Cithara non modo ἐπτάχορδον, sed etiam ἐπτάτονον dicitur: τόνον & νόμον eodem pertinent: Quot chordas habebat Cithara, tot τόνους habebat sive νόμους. Apposite Philostratus in Amphione, φιλότιμοι ἢ ἡδέεις οἱ λίθοι, ἢ θητεύοντες μουσικῇ τὸ ἦ τέχνη ἐπὶ ἀπύλον, ὅσοι τ' ἄλλοι οἱ τόνοι. τόνοι pro χορδαί etiam dixit, & cum Musicis locutus fuit, prout decet. Hæc certa sunt, & convelli non possunt a quoquam. Quid jam porro? Septem nomos Aulædicos Clonæ commemorat idem Plutarchus: Et ex horum numero colligere etiam licet certo, tibiam Clonæ foraminum fuisse septem: Nam ut in Cithara tot chordæ, quot nomi; ita in tibia tot foramina, quot nomi: Quisque enim nomus habebat suum foramen, a quo inciperet & in quo sæpenumero desineret, neque alia hic ratio tibiæ, quam Citharæ. Ex quibus manifesto sane constat, quod de Cithara Terpandri dicitur, nos optimo jure ad tibiam Clonæ potuisse transferre: Nomi Citharæ fuerunt duplicati, cum Cithara fuit duplicata: Idem in tibia factum: Primum systema consonum fuit tetrachordum, constans ex quatuor nomis: id non magis ad Citharam, quam ad tibiam pertinuit: & quemadmodum primum illud systema in Cithara habebat chordas quatuor, ita similiter in tibia habuit foramina quatuor: quæ cum ad numerum

\*\*\*\*\*

septem:



P R Æ F A T I O.

septenarium ascendissent, geminata est tibia, ut geminata est Cithara, & ex systemate simplici ortum est systema duplex, vel conjunctum vel disjunctum, tono vel tonis intermediis. διπλασθῆς tantum non exigit Marmoris excisi intervallum: νόμος, Marmor habet perspicue, αὐλητάς non minus perspicue: Hinc rogo omnes, qui in rebus Musicis non sunt hospites, an probabilius quid reponi possit, quam quod nos reposuimus? Una difficultas restat: quod scilicet septem nomi Aulædici a Plutarcho non adscribantur Terpandro, sed Clonæ, & diu post Terpandrum vixisse dicatur Clonas: Ista difficultas a me tolli non potest, sed non magis me sollicitum habet, quam aliæ similes magno numero: Quot enim dissidia non ubique in Scriptis Veterum? Qui ea de causa a sententia discederet probabili, non vir, sed puer hercule esset. Notandum vero, quod semper in Marmore dicatur, quod alibi dicitur nullibi: Quis scripsit Terpandrum tibiæ studuisse? quis eum tibiae modos mutasse? Nemo, nemo: Singulare igitur est, quod de Terpandro in Marmore refertur: & ipsum illud singulare probabilem efficit pugnam, quam inter Auctorem Marmoris & Plutarchum extitisse suspicor. Sunt autem verba Plutarchi, non diffiteor, mihi perquam suspecta in illis, οἱ ἦ τ' κίθαρωδίας νόμοι πρότερον πολλῶ χρένω τ' αὐλωδικῶν κατέσθθησαν ἐπὶ Τερπάνδρῳ: Nam si πολλῶ χρένω cum Emphasi accipias, ut certe accipiendum videtur, de tempore longiori, parum congruit, quod de imitatione dicitur: Quare legendum forte δεύτερον οὐ πολλῶ χρένω: quod loci ingenio melius convenit, & dissensionem inter Auctorem Marmoris & Plutarchum minuit: Facilius enim dissentire possunt Scriptores in vicinis, quam in remotis: Hoc quisque sentit. Vixne aliud? Inter αὐλῆς fuerunt, qui κίθαρωδοί dicebantur, ut ex Polluce & aliis constat: Isti κίθαρωδοί accinebant Citharæ, & perpetui erant ejus comites: In illis igitur fecerit Terpander, quod postea in omnibus fecit Clonas: Hoc sane perquam probabile, imo certum & necessarium fere: Nam cum Cithara



## P R Æ F A T I O.

thara habebat septem chordas & septem nomos, αὐλοὶ κιθαρῆσι  
 etiam habere debuerunt septem foramina & septem nomos, ut  
 Citharæ apte responderent. Et sic pugna est nulla inter Aucto-  
 rem Marmoris & Plutarchum, qui de rebus diversis loquuntur,  
 & quorum ille de αὐλοῖς κιθαρῆσι, hic de αὐλοῖς quibushbet  
 agit: Citharam mutavit Terpander & Citharæ nomos: quibus mu-  
 tatis, non potuit non αὐλὸν κιθαρῆσιον & αὐλῆ κιθαρῆσις nomos  
 mutare simul, ut Organa illa concinerent apte, & alia non esset  
 hujus, quam illius conditio: Geminavit igitur αὐλῆ κιθαρῆσις  
 nomos, ut Citharæ geminaverat nomos, & sic αὐλῆ κιθαρῆσις no-  
 mos ad Citharæ nomos redigens, revera nomos αὐλωδικῆς proprie  
 dictos non mutavit, sed eos reliquit, sicut erant, a Clona suo  
 tempore mutandos & mutatos: Vides? Sic nulla difficultas super-  
 est, & omnia pulchre cohærent. Quæ si stolidissimus Orbiliolus  
 convellere aggrediatur testimoniis ex Libris Grammaticorum, &  
 aliorum, qui Musicam non tractant, desumtis, omnium porro  
 sibi excitabit risum: Talia enim nihil valent contra ea, quæ to-  
 tius rei Musicæ constitutione nituntur, & ex Musicis convellen-  
 da sunt. Me miseret autem homuncionis, cum Clementis τοὺς  
 Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος urget, a Marmore alie-  
 nissimum: νόμοι haud dubie ibi sunt leges, & νόμους μουσικῆς μελο-  
 ποιῆσαι nemo dixit unquam, aut dicere potuit: Λακεδαιμονίων αυ-  
 tem accedens, nihil etiam ad Marmoris sententiam, quia ut nihil  
 aliud dicam, ita sequi debuisset ἢ ἔμπροσθε μουσικὴν αὐτῶν μετέση-  
 σεν: Vident, qui oculis uti possunt. Adhæc ridiculum est, quod  
 homo ridiculus murmurat de τε ἢ δεῖ: In istis locus est nullus  
 voculis τε ἢ, ut in sequentibus de nomis κιθαρῶδικαῖς: Quare ex  
 voce a me restituta sine dubio error: Διὸς Pollucis ad ista etiam  
 nihil: Eruditi sentiunt, quod Stipes sentire non potuit. Ad-  
 dam verbum unum de subscriptione: Orbilius subscribit litera B.  
 Burmannus litera A. Quid & unde illud? Dicam: Burmannus  
 & Orbilius primas & secundas sibi tribuunt in Literis; Burman-

\*\*\*\*\* 2

nus



## P R Æ F A T I O.

nus est Eruditorum  $\alpha\lambda\phi\alpha$ ; Orbilius Burmanni umbra, est Eruditorum  $\beta\eta\tau\alpha$ : Duumviri, hercule, eximii: quibus pro re literaria excubantibus, bonus Apollo cum Novem Sororculis in utramque aurem tuto dormire potest. Atque hæc breviter de istis Orbilianis: Alia, quæ non tetigimus, ita comparata sunt, ut si collatis meis, examinentur rite, nihil unquam futilius, stultius, improbius, scriptum sit a Grammaticorum futilissimo, stultissimo, improbissimo: Quare ea, Lector Erudite & Cordate, examini & iudicio tuo committo lubens: Jam allata etiam probant, quod dico. De plagiis, quæ commiserim, non necesse, ut vel verbulo agam: Qui mea legit, si indole sit honesta & proba, persuasissimum habet, ne criminis quidem suspicionem in me cadere posse: Quis ab aliis petat, quæ sibi benignissime nascuntur domi? Sed & pleraque, si non omnia, quæ suppilasse dicor, talia, ut unicuique, modo leviter in re Critica versato, in mentem venire possint & debeant statim. De Tolliano Aristæneti Libro ante editam Vannum nihil vel fando audivi unquam: Calabri Librum Sylburgianum & Falkenburgianum per unam vel alteram horam modo inspexi, nec quicquam ex illis mihi annotavi: Id testari possunt Viri Amicissimi Havercampus & Gronovius, qui mihi inspicienti adfuerunt. Convicia, quæ totis modis in me ingerit Miser, pro totidem Encomiis habeo, & revera contumeliam mihi fieri existimarem, si ab homine istius Commatis laudarer. Quid de laudationibus tralatitiis in genere sentiam, in Dedicatione Anacreontica verbo declaravi: In eo autem confirmor, quoties laudationum formulas considero, quas Eruditi quidam in suis Commentariis ubique infarciunt, præcipue in hac etiam regione nostra: quæ mutuos laudatores habet adeo benignos & lepidos, ut singulari sint sæpe mihi oblectamento: quin & tabellam eorum aliquando animulo meo repræsentor, ut cum nimis forte serium mulceam joco: Visne tribus verbis ipsam quoque tibi repræsentem, Lector? Faciam, ut rideas: In prætore male vestito



## P R Æ F A T I O.

itito & omni florum lætitia carente pascuntur una sex septemve  
 muli cum uno Archimulo: qui cum se mutuo scabunt sedulo,  
 præcipue tamen occupati sunt in scabendo Archimulo, sed a posti-  
 ca, non ab antica, quia os & caput ei est teterrimum: Vides &  
 sentis? Id spero: Sic ridebis etiam. Ut tandem de Libro Orbi-  
 biano summatim dicam quod debeo: Testor ingenue, me nihil  
 legisse unquam, ex quo majorem mihi voluptatem ceperim: So-  
 leo, ubi corpus mihi bene habet, cibum satis avide stomacho in-  
 gerere: quo fit, ut aliquando post cibum torpedine aliqua labo-  
 rem, quæ expellenda, ne vires sumat, exercitatione facili ac  
 blanda: Jam vero nihil unquam in isto genere mihi efficacius se-  
 se obtulit, quam scriptum illud Orbilianum, quod non modo  
 mihi torpedinem expellit, sed etiam concoctionem egregie juvat,  
 si legatur post cibum. Quid mirum, Lector? Nihil est, quod  
 me oblectat magis, quam Grammaticus iratus vel loquens vel scri-  
 bens: hicce autem noster, non modo Grammaticus est iratus, sed  
 etiam Grammaticus est delirus, Grammaticus est improbus: Ex  
 cujus proinde scripto non una, sed triplex mihi oritur oblectatio,  
 quæ alias omnes & vi & numero suo longissime superat: Quare  
 non rogo, sed precor Grammaticastrum insignem, ut simulac per  
 occupationes Scholasticas possit, eo, quo cœpit, modo iterum in  
 me irruat: neque id faciat solus, sed publice socium sibi ad-  
 sciscat Petrum Burmannum suum Lugduno-Batavum, ut ante-  
 quam Sanctissimus ille Senex cœlum supremum adeat, cantio-  
 nem ejus in me cygneam lætus & exultans audiam. Atque hic  
 desinere possem: sed quia nondum clapsus est dies, & quid  
 melius agam nescio, paucula subjungam, quæ eruditionem Or-  
 bilianam tibi commendabunt porro, Lector Ingenue. In  
 Præfatione Theophrastea ex Orbiliana ΕΞΕΤΑΣΕΙ probavimus  
 Grammaticastri delirium tribus quatuorve certissimis documen-  
 tis: Illis adjiciam hic aliud vicinum, non minus certum: Pag.  
 427. scribit Orbiliolus, *Incertissimus hæreo, cum in Titulo libri*  
 \*\*\*\*\* 3 *sim.*



P R Æ F A T I O.

*simpliciter p̄ictum videam*, Phile: de animalium proprietatē. *An nempe* Eumolpus, Joannes, Theodorus, Michael, *an denique* femina quædam, *ut nonnulli putarunt, fuerit hic vel hæc Phile:* Fuisse perhibentur, qui cum ipsum Libellum nunquam oculis usurpaverant, ex Phile viro fecerunt Philen feminam: In eodem cum illis errore hæerere poterat Orbilius, Libram in manibus habens, & in Titulo Græco τῆ σοφωτάτῃ ἢ λογιωτάτῃ Φιλῆ, in Latino *Sapientissimi ac Eruditissimi Phile* positum videns diserte. Quid? Nonne pessime delirat, qui talia effutit publice, & quidem in Scripto *mortificaturo*. Aliud: Anticam a postica discernere non novit Orbiliolus: Nam *pag. 302. Vanni*, ista Aristæneti Lib. I. Ep. 25. ἀμα ἡ καὶ ἡ πέρναν αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ὀπισθεφομένη διεσκοπέτο, de postica explicat, cum absque ullo dubio de antica accipienda sint: *calcem ad se convertens contemplabatur*: qui *ad se* convertit, *in anticam* convertit: id ipsi pueri intelligunt: id non intellexit Magistellus puer: qui ista inepte cum Xenophonteis componit, quæ sunt longe diversissima. Illud *anticum* probat artificium Meretriculæ, quod verbo indicavi, & de eo dubitare non sinit quemquam, cui cerebellum est sanum: Eubulus apud Athenæum Lib. 13. Τὰς φειδωλῆς κερμάτων παλευτρίας, Πώλης Κύπριδος ἐξησημένας, Γυμνάς ἐφεξῆς ὀπικαίρως τεταγμέναις, Ἐν λεπτονήτοις ὑμέσιν ἐσώσας, &c. Addam in transitu, quod Miselli Sycophantias illustret: ἀνάγκασα scribens, de alia nequitia cogitavi, quæ nudam κνήμην ostentabat juveni: Id ille ad partes non nominandas refert solemnī improbitate sua: Vide notas meas: medius tenetur improbus. In Inscriptione Epistolæ 14. Lib. 2. Aristæn. pro Νικοχαρίτῃ Mercerus scripsit Νικοχάρις: quod perperam factum asserui, quia Νικοχάρις nomen fœminæ est. Quid Bellatulus? *pag. 32. Vanni* illud Νικόχαρις & Νικοχάρις cum Δημόχαρις & Δημοχάριδος confert, ac si illud, ut hoc, nomen viri esse posset: Nostine aliquid stultius? In Epigrammate Callimachi Σαίω scripsi: Hinc illud suave Magistelli suaviculi

pag.



pag. 198. Vanni: *velim autem ex Pavone scire, cur hic Σάϊον hunc Hermoclidem putet, & tam longe ex Ægypto arcessat. nam Σάϊς Ægypti urbs. Σάϊν scilicet Thraciæ urbem ignorat Polyhistor, neque scit a Σάϊς Thraciæ Σάϊον, a Σάϊς Ægypti Σάϊτης fieri: quod sciunt ipsi tyrones & forma ἑθνικῶν Ægyptiacorum requirit certo. Eruditis notissimum est ex Aristophanis Pace Distichon illud, Ασπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, ἢν παρὰ Θάμνω Εντὸς ἀμώμητον κάλλιπον ἐκ ἐθέλων: ubi Scholiastes, ἐλεγείον Αρχιλόχῃς — οὕτως ἢ ἐγράφη ἔπι τῇ ἀπορρίψει τῆ ἀσπίδος. et ὁ Αρχιλόχῃς ἐξῆλθεν εἰς πόλεμον ἐν τῇ πρὸς Σαίων μάχῃ (ἔστι ἢ ἑθν. Θράκης) ἢ φοβηθεὶς &c. Ea sunt ignotissima homullo. Pag. 48.*

Vanni, miratur & indignatur me Jovem, Neptunum & Plutonem habere pro *tribus Diis majoribus*: ex Hildebrando, Cippingio & Danetio sapit scilicet Vir Scholasticus, neque Callimachum legit in Hymno Jovis, ex quo solo discere potuisset, cur merito Dii majores indigentur illi: Nihil stultius aut puerilius. Pag. 200.

Vanni, inter *μογοςόκον* & *γυναικῶν δέσποιναν* distinguere non potuit Misellus: Diana *μογοςόκῃ* recte dicitur: *γυναικῶν δέσποινα* non recte dicitur: Virgo enim virginibus præest, neque mulieres curat, nisi in solo partu, quatenus habetur pro Luna: Juno inuptis præerat, ideoque *ζυγία* dicta: Monere debco, quæ pueri sciunt propter imperitiam Magistelluli plus quam puerilem. Animæ, ut corpori, partes non sunt aut tribui possunt: id notum est omnibus: Ideo in Menandri loco scripsi, — *καίριός ἐστιν ἢ νόσος Ψυχῆς ὁ πληγὴς δ' εἰς ἕλην τιτρώσκεται.* Quid Morio? pag. 246.

Vanni scribit de ista conjectura mea, *ubi probarit dici τιτρώσκειν τινὰ εἰς ἕλον σῶμα, εἰς ἕλην ψυχὴν τιτρώσκειδῃ barbarum non putabimus*: Vidistine unquam stultius & imperitius quid? Non distinguit, quæ pueri distinguere sciunt, & ipsius animæ suæ, quæ in theca Scholastica habitat, non novit indolem: Haud minor: Si enim nosset, sibi impurissimam & stultissimam esse sciret, quam nunc purissimam & sapientissimam putat. Sed pergit. Corculum;





P R Æ F A T I O.

culum, *Nisi autem aliquantum abiret a scriptura prodita, legi posset, — ὁ πληγῆς δ' ἐνδοθεν τιτρώσκεται. non adspectu, non tactu amor intrat in pectus: sed ipsum a se vulneratur pectus.* Et hic Narcissum habemus verum, cujus pectus amans vulneratur a se ipso, quique omnes alias formas negligens, unius formæ suæ amore capitur: Audis, audis, Lector? Amor non tactu, non adspectu intrat in pectus, sed ipsum pectus vulneratur a se ipso, & sine objecto ullo amat Orbilius: Mirum, quod uxorculam duxerit domum: Mirum, quod aliquando repulsam passus ab ea, quæ miserum Magistellulum despiciens mox Viro honoratissimo nupsit, eo ad summum mœrorem & restim fere adactus fuerit. Firmat tamen stultitiam suam subjungens, *ut fere Anacreon Od. XIV. τί γὰρ βαλώμεθ' ἔξω, Μάχης ἔσω μ' ἔχουσι;* Et hoc cumulum ineptissimis ineptiis addit: Nam ante illa dixerat Lyricus de Cupidine ipso, *Ἐβαλλ', ἐγὼ δ' ἔφευγον ὡς δ' οὐκέτ' εἶχ' οἰσῆς, Ἡρακλῆν, εἴθ' ἑαυτὸν Ἀφῆκεν εἰς βέλεμον· Μέσος ἧ καρδίας μευ Ἐδυνε, καὶ μ' ἔλυσε.* quæ scilicet pectus a se ipso vulneratum ostentant: Omnium stolidissimus nunquam stolidius quid effutiit. In Aristæneti Epist. 10. Lib. I. Latinissimam Merceri versionem non intellexit Stipes: ὡσπερ ἧ χερσόπολις ἢ πῶς τῷ χερσῷ μείρακι συνήπτελο περσφυῶς Vir eruditus eleganter vertit *Quæ veluti chrysofolis herba aureo juveni native adjuncta hæret*: Nam aureus pro optimus flosculus est, quem elegantiores adhibent passim, & verba ita sine dubio intelligenda sunt, *quæ Cydippe, veluti chrysofolis herba; aureo juveni Acontio native adjuncta hæret*: sensu optimo & perspicuo. At vide jam stultitiam & improbitatem pessimi Magistelluli, qui Mercerum non intelligens, & de aurea icuncula perridicule cogitans, locum distinctione minime necessaria non modo adjuvat, sed etiam me, qui eam casu potius, quam consilio, interposueram, eo nomine, ut improbum Cacum, convitiis lacera-re audeat: Locus est in Vanno pag. 442. dignus, quem inspiciant omnes honesti & lepidi. In eadem Epistola aniliter delirat Gram-



Grammaticaster, cum *πρησῆες febrim ardentem* interpretatur: *μαθήσομαι* μόνον ὡς μετέληκας τῶν γραμμάτων, ἢ ἔσῃ, *πρησῆος* τῆ ἐμῆν ψυχὴν ἀπαλάτων, οὐχ ἧτιον αἵματι ἀφειδήσω ἔ ἡμετέρῃ, ἢ περ ὕδατος εἰκῆ χρομένῃ. Quid febris in illis? quis eam expectet ibi? Nemo, nemo, cui mens est sana: Dein, quid ἀπαλάτων loco ita intellecto, ut censeret Miser? itane Græci? Negabunt omnes, qui Græce sciunt. Posterius hoc animadvertens ipse, in Vanno pag. 606. pro ἀπαλάτων scribit ἀνταλάτων: In eo resipiscens aliquantulum, sed in aliis æque stultus. Apage, apage, ineptias longe ineptissimas: pro *μαθήσομαι* scribendum est *μαθήσωμαι*, & locus ita intelligendus, ut dixi: de eo non est dubitandum: Non poterat amans infelix mori, quamdiu animo ad facem & ignem amoris adhærebat: ab ea se & animum suum avellens, moreretur statim & moreretur etiam lætus in gratiam amatae: unum illud expetit; ut ante mortem scire liceret sibi, literas pumo inscriptas a Cydippe non fuisse plane neglectas, sed eam rationem earum habuisse aliquam: isto solatio fruens, sanguinem, ceu aquam, effunderet protinus: Sententia est perspicua & bona. In Aristæneti Epistola I. Lib. 2. haud dubie laborat ἢ σὲ οὐσα τιτρώσκεις: quod ita correxi, ut nihil hæctenus melius visum sit mihi. Quid Magistellulus? σὲ οὐσα vertit *absens*, & ne literam mutat: adeo imperite & stolide, ut nihil imperitius & stolidius excogitari possit: Dicam uno verbo: σὲ οὐσα est *non ens, mortua, ex viventium numero sublata*: Ita Græci, ut sciunt ipsi pueri, qui nondum lavantur ære. Mercerus in Versione *etiam absens saucias*: inde sumsit Miser perquam stolide: Nam σὲ οὐσα corruptum pronuncians, ita vertit, ut sensum aliquem daret, non quod crederet, id Græce ita accipi posse, ut credidit revera stolidissimus ille. Sic vulgata cum homullo retenta, mortua Virgo & apud inferos degens, viventes & superos vulnerabat forma sua: Alia etiam conjectat, sed quæ inepta sunt, cum hoc plane sit insanum. Occasione hujus phraseos adjiciam illud: σὲ εἶναι, σὲ ὄν-  

\*\*\*\*\*



P R Æ F A T I O.

ὄντες, οὐκ οὔσα, ὅτι ὄν, τῷ ὄντι, τὰ ὄντα, ὄντως, & quæ sunt id genus alia, singularem Emphasin habent, & esse vel non esse denotant *re ipsa*: Inde est, quod ad Aristænetum pag. 244. scripserim, *Quin & commode legi posset, ἔστιν δέδοκται*: Sic enim cum Emphasi occurrit etiam alibi, nisi me memoria fallat: ut ego certe non puto: quanquam loca ne nunc quidem mihi sunt ad manum: Allegatorum enim indoles Emphasi illam promittit & probat, neque ullus ego video, cur ἔστιν ita accipi non posset, ubi ἔσω ita accipitur, & præsens signatus est imperativo: Attende Lector: sic videbis Magistellulum delirantem more suo pag. 70. Vanni. In Notis ad Hephæstionem pag. 158. scripsi, ἀποκλὰς est tempus minus usitatum ἢ ἀποκλᾶν: σὰς ἔ ἀποσὰς ei gemella. id ita displicuit Orbiliolo, ut in Vanno pag. 537. mihi oggerere non dubitaverit, *At inepte, ἀποκλὰς tuum est barbarum, ut ipse es*. Quæ scilicet stupidissimus Magistellus non tenet aut probat, barbara sunt, & ex albo vocum Græcarum protinus expungi debent: Si ἀποκλὰς ab ἀποκλάω & ἀποκλῆμι barbarum sit, barbara quoque sunt πὰς a πλάω πῆμι, φὰς a φάω φῆμι, τλὰς a τλάω τλῆμι, θνὰς a θνάω θνῆμι, φθὰς a φθάω φθῆμι, δρὰς a δράω δρῆμι, βὰς a βάω βῆμι, κτὰς a κτάω κτῆμι, σὰς a σάω σῆμι, φῦς a φύω φῦμι, δὺς a δύω δῦμι, γνὺς a γνώω γνῶμι, βιζὺς a βιῶω βιῶμι, & alia id genus permulta. Eustathius ad Odysf. K. Vers. 192. πρὸς τὴν ἑξ ἑρακλίδου ζεῦς εἰ καὶ πρὸς γέγραπται, ὁμῶς οὐ πάρεργον καὶ ἐκ τῆς Ἡρακλίδου παρασημειώσαδὲ ταῦτα. ἀνεκαθὲν φησιν ἦγαν ἐξ ἀρχῆς θεματικῆς, ἔστι φῶ τὸ λέγω, οὐ μετοχὴ ἀόριστος, φάσας, ὡς κλῶ κλάσας καὶ συγκοπῆ, φὰς οἷον φὰς ἔμεν ἀπτόλεμον. ὡσπερ καὶ κλὰς φησι πρὸς Ἀνακρέοντι. Ita Heraclides, sed barbarus, una cum Anacreonte barbaro, ut nunc scimus auctoritate Grammatici Amstelædamensis, qui Græca cum lacte materno quidem non imbibit, sed in cujus papam provida mater indidit quotidie fœnum Græcum magna copia, ut cum corde stramineo & calva vacua in Græcis supra ipsos Græcos saperet, & sic gloriam sibi compararet immortalem.

Quid



P R Æ F A T I O.

Quid ais, Lector? Nonne hoc barbarum ἀποκλᾶς perquam gemellum est depravato μέλψαι, & ista pulchre ambulare possunt una? Aliud: Locum Corinnæ apud Hephæstionem pag. 60. in Vanno pag. 536. ita constituit & vertit Grammaticorum optimus maximus, Δουρατέω τ' ἐφ' ἵππῳ καὶ μὴ βραμύμενοι Πόλιν δ' ἐπράθομεν. *Durateoque in equo quidem frementes, (sedebamus) Urbem vero expugnauimus.* quod ne quis male acciperet, antea monuerat commode, *agi de ἵππῳ δουρατέω, equo Trojano, quo inclusi Danaï hæc dicunt.* Poterant scilicet Heroes illi eodem tempore equo esse inclusi, & super equo sedere cuncti: quod mirum videbitur sine dubio aliis omnibus, sed minime mirum visum fuit Orbilio, cujus ingenium mira & incredibilia capit: Scis, quid sit καθῆσθαι ἐφ' ἵππῳ, *sedere in equo:* illud habemus hic ex emendatione Viri Summi: & tamen equo inclusi fuerunt Danaï: Adhæc non taciti & quieti sederunt in equo, sed frementes, ut metum incuterent Trojanis, si accederent: Laocoon vero, quem ad Heroas ita in equo frementes homo ingeniosissimus accersit, non immisit bipennem vel hastam in latera equi, ut dolum detegeret, sed ut fremebundos illos hostes ab equo deturbareret: Quid videtur, Lector? Hæc adeo egregia, ut nihil egregium magis ex Orbiliana penu egregia tibi promere possim: Quare hic tandem desinam, sed Homullo fremebundo prius honoris causa propter commentum mirificissimum collocato in parvo equo ligneo, ut eum sic perpetuo admirentur pueri, secundum prædictionem Græci Epigrammatarii, cujus Versus ex Anthologia mea Inedita in gratiam *Equitis Illustris* hic infra ponam:

Ἴππῳ δουρατέῳ ἄστυ Πριάμοιο ἐλόντες,  
 ἀμφιλαφῆς Δαναοί σφιν περιθεντο κλέος.  
 Αὐτῷ τῷ δ' ἵππῳ κριτικώτατος ἡδέα ῥέζων  
 Ὀρβίλιος, τιμῆς ἔλαχεν οὐκ ὀλίγης.  
 Μικρὸς γὰρ μικρῷ βραμύμενος ἵππῳ ἐφίζων  
*nitis*, quo majus nil videtur fingi pos-  
se: confirmat præterea testimonio Ae-  
lii Dionysii, apud nullum plane scri-  
ptorem inveniri ἀγαδάτιμα, nec ἀγα-  
δάτατος. Auctor Etymolog. idem  
comprobat, & propter eandem ratio-  
nem, quæ affertur ab Eustat. Ex fine  
cujusdam epistolæ Synesii citatur apud  
Henr. ἀγαδάτατα, nisi locus depra-  
vatus. Arist. certe ἀγαδάτινον usur-  
pat; Atticus tamen Scriptor non est.  
NUNN. ἀγαδάτιμα, D. Jo. Chrysof.  
in ep. ad Timoth. HOESCH.

Ἀρχῆθεν] Herod. in Thalia τῶ ἀρ-  
χῆθεν utitur. Nec mirum: quia ge-  
nus scribendi appetit, quod proxime  
ad poësin accedat. NUNN. Ἀρχῆθεν]  
Dio Chrysof. sub finem Orat. περὶ ἀ-  
πιστίας, Lucian. Sext. Empiricus, Ba-  
sil. M. & Philo, qui omnes sunt so-  
lutæ orationis scriptores, illo adver-  
bio sunt usi: Quanquam apud hunc,  
libro I. de vita Mosis, p. 437. pro  
ἀρχῆθεν in m. s. Aug. ἐν ἀρχῇ legitur.  
HOESCH.

Γαστρίζειν] Thom. a minoribus pro  
γασίμα τύπλειν usurpatum ait, a præscis  
vero pro ἐμπιπλάσθαι. Poll. & Sud.  
monent in utroque a præscis usurpa-

tum, citato loco Aristoph. in Ἰππύστῳ.  
Hesic. item utramque significationem  
illi attribuit. Eustat. in Iliade diserte  
scribit, in utraque re a veteribus dici.  
NUNN. Dio Chrysof. Orat. I. περὶ δό-  
ξης, Καὶ αὐτοὶ μὲν ἢ τὸν παιδαγωγὸν ἢ  
τὸν ἀκίδαθον ἐγαστρίσαν, id est, ἐπέπλη-  
σαν. sed γαστρίζεσθαι τὸ ἐμπίμπλασθαι  
significat. Theodor. lib. VI. de Pro-  
vid. πῶς γὰρ ἔν τις καταρδάσει σωφρο-  
σύνην, διηκεῖας γαστρίζομενος, καὶ συμπο-  
σῖαις προσετηκῶς; Sic idem lib. VII. Ba-  
sil. M. homil. περὶ εὐχαριστίας, Naz. Jo.  
Chrysof. Lucian. epistol. Saturnal. ἐν  
δὲ τοῖς δειπνοῖς αὐτοῖς ἀμελήσαντες τῶ  
ἐμπίμπλασθαι καὶ γαστρίζεσθαι. Idem  
alibi, ἐγαστρίζομην πρὸς αὐτῆς. Tho-  
mist. Orat. 3. τῶ μὲν γὰρ πρόκειται κερ-  
δαίνειν ἢ γαστρίζεσθαι ἐν τῷ ἔργῳ. Unde  
ὁ γαστρίζομος Athenæo. HOESCH.

μήποτε δὲ καὶ &c.] Quod scribit for-  
tasse veteres usos hoc verbo pro ven-  
trem cadere, testimonio Aristoph. in  
Vespis, & altero in Equit. potest con-  
firmari. NUNN. μήποτε δὲ καὶ &c.]  
Hæc a prima editione absunt, & aper-  
te redolent manum Recentioris, quia  
Phrynicho diffensit, sed ei contradi-  
cere non ausus fuit directo. Loca

Ari-



Ἀρχῆθεν, a principio, poëtæ dicunt, eorum autem qui soluta oratione elegantes sunt, nullus hoc usurpat, sed ἐξ ἀρχῆς.

Γασρίζειν, pro eo quod est *ingurgitare*, usurpant Athenienses, non pro eo quod est *ventrem cedere*. Fortasse autem & ut plebeji loquuntur, utuntur illo prisca in eo quod est *ventrem cedere*.

Γαργαλίζειν, *titillare*, enunciato cum ρ, non cum duplici γ, γαγγαλίζειν.

Γήϊνον, *terrenum*, dicendum cum η, non cum ε, γέϊνον.

Γλωσσόκομον, *loculus seu arcula, idonea condendis ligulis tibiæ, typum*

Aristophanis observavit Stephanus in Thesaurο, & apud Pollucem & Suidam etiam extant. PAUW.

Γαργαλίζειν] Addit Thom. γαργαλισμὸν non esse dicendum, sed γάργαλον, laudato loco Luciani. Erotianus vero γάργαλον & γαργάλην dici docet ἐριθισμὸν, sumtumque esse ἀπὸ τῶν γυναικῶν πασχητισῶν: quod etiam confirmari scribit testimonio Aristoph. & Diphili. Sud. consentit Erotiano, citato quoque loco Aristoph. hinc apud Hesic. pro γαργίλη reponendum γαργάλη. at in Etymol. hæc tria leguntur, γαγγαλίζειν, ad ridendum incitare, & γαργαλίζειν, pro irritare, atque γαργαρίζειν pro ad vomendum irritare, quasi ἐκ τῆ γαργαριῶνος factum videatur. Hinc verbum gargarizandi a Plinio usurpatum. NUNN. Γαργαλίζειν, παρὰ τὸν γάργαλον, quem dicit Lucian. in Gallo: id est γαργαλισμὸν, Plutarch. Phil. καὶ μὴν καὶ τῶν ἄτων οἱ γαργαλισμοὶ, καὶ τῶν πικρῶν οἱ ἐριθισμοὶ, ὕδασι ἰσθί κνησμοὶ, πορνείας ἀκολάσας μελετητικαὶ, inquit Cl. Alex. Photius in Epistolis, τὰ τῶν μισρακίων ὑπογαργαλίζειν ἄτα. Οἶδα γὰρ τῶν οὕτως γαργαλιζομένων τὰ ἄτα ὑπὸ τῶν διαβαλῶν, ἄσπιρτι τοὺς πλεροῖς κρημίνους,

Lucian. HOESCH. γαργαλίζειν, γαργαρίζειν & γαγγαλίζειν a sono facta sunt: γαγγαλίζειν de risu accepit Phrynichus, & sic pro γαργαλίζειν non dicendum esse γαγγαλίζειν monuit: Cum Phrynicho sentit Etymologus, & cum utroque Hesychius, quem vide in Γαγγαλίδες & Γαγγίαις. Etymologus a γελάζειν inepte repetit γαγγαλίζειν, quod ἄνοματοποιημένον est, ut dixi. Prima editio, Γαργαλίζειν δὲ ἐνὸς γ λέγεται, ἀλλὰ &c. PAUW.

Γήϊνον] Sud. γενρὸς interpretatur γήϊνος. NUNN. Etymologus in V. Γαῖα, ἔστι γὰρ σημαῖον τὸ τίχται ἐξ οὗ γίνεται γία διὰ τοῦ ε ψιλῶ, οἷον εἰ ἢ γεννητική. — τὸ δὲ γία, κατὰ κράσιν τοῦ ε καὶ ἀ εἰς η, γίνεται γῆ. Hesychius suo loco, Γῆ, τῆ γῆ. Α γῆ est γήϊνος: a γία γέϊνος; id displicet tamen Phrynicho. γενρὸς aliud, a γία etiam & γέη. Pro ἀλλὰ μὴ prima editio hic καὶ μὴ. PAUW.

Γλωσσόκομον] Sud. thecam esse ait γλωττοκομείον, in qua reponebant ligulas tibiæ. Idem Poll. lib. 2. & 7. Unde lib. 10. cap. 33. cum scribit ἐστὶ θήκη αὐλῶν, pro αὐλῶν legendum omnino γλωσσῶν, aut certe addendum. Nam theca tibiæ συμβήη est eidem lib. 7. & 10. ut Hesic. & Sud cum medio,





ἔχει, διεφθαρμένως δὲ λέγεται ὑπὸ τῶν πολλῶν. ἔχρῆν γὰρ γλωττοκομῆιον λέγειν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ οἱ ἀρχαῖοι.

Βράδιον, καὶ τοῦτο Ησίοδος μὲν λέγει βράδιον δὲ πανελ-  
λήνεσσι Φαείνει. Πλάτων δὲ, καὶ Θουκυδίδης, καὶ οἱ δόκιμοι βρα-  
δύτερον.

Γρυλλίζειν διττὴν ἔχει τὴν ἀμαρτίαν, ἔντε τῇ προφορᾷ, καὶ  
τῷ σημαίνοντι· ἐν μὲν τῇ προφορᾷ, διὰ τῶν δύο λλ, ἐν δὲ τῷ  
σημαίνοντι, ὅτι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὸ γρυλλίζειν ἐστὶ τιθέμε-  
νον ἐπὶ τῆς τῶν ὕων φωνῆς, οἱ δὲ νῦν τάττουσιν ἐπὶ τῶν φορτι-  
κῶς καὶ ἀσχημόνως ὀρχουμένων. ἐρεῖς οὖν γρυλλίζειν, καὶ γρυλλισ-  
μὸς συῶν, οὐ γρυλλισμός.

Γογ-

medio, nam cum ι, *κακροβόλιον* est  
Hecic. id est *hastile quo arri figuratur*,  
aut *ἐμβόλιον*, hoc est, *rete quo carium-  
tur*: quasi *hastile* aut *rete per vim  
βινεῖ*, id est *coelat cum apris*: Nam So-  
loni id est *βείνι*, quod idem valet,  
atque *βινεῖ*. *συβήνη* vero interposito β  
redundanti, ut in nomine *μεισημβρίας*,  
quali *σύνη* dicitur, hoc est *pharetra  
aut theca tibiatarum, ex corio suillo fa-  
cta*. Et in eodem cap. Polli: in exem-  
plo Timoclis videtur reponendum  
*γλωττοκομῆιον*, ut legitur in altero A.  
pollodori, & *γλωττοκομῆιον γὰρ παρὰ τοῖς  
νιωτέραις*, &c. Nam *γλωττοκομῆιον* prisca  
dicebant. addit Etymol. *γλωττοκομῆιον*  
appellatum ab Eubulo eugium. NUNN.  
*γλωσσόκομον*, 2. Paralip. 24. Joan. 12.  
& 13. Joseph. lib. VI. archæol. cap. I.  
Naz. *περὶ φιλοπίαχ*. sub finem. *γλωσ-  
σόκομοι*, *loculi*, Glossar. HOESCH.  
*Γλωσσόκομον*, τὸν μὲν τύπον καὶ τὴν θέ-  
σιν, ὑπ' ἀρχαίων ἔχει ] Nihil falsius:  
Nam antiqui ita non efferebant vocem  
per duplex σ: Scribendum haud dubie  
*Γλωττοκομῆιον*: Sic verum perhibent ver-  
ba. Male Nunnescius apud Pollucem

Lib. 10. Segm. 154. bis *γλωττοκομῆιον*  
scribit: Nam ejusdem vocis *γλωττοκο-  
μῆιον* significationem aliam, quæ re-  
centioribus placuit, certo certius tradi-  
dit Onomasticographus; ideoque in  
Apollodori loco scribendum etiam  
*γλωττοκομῆιον*: — *μύγκ*, Ω *Φορμίαν*,  
*γλωττοκομῆιον οὐκ ὀφθαλμῶ*. Ita recte  
Gatakerus, si unum *γλωττοκομῆιον* ex-  
cipias, quod Vir Eruditus non teti-  
git: Penultima in *γλωττοκομῆιον* corripi  
potest a vocali sequente: alias legen-  
dum esset *γλωττοκομῆιον*. Verba Lysip-  
pi, quæ ibi adducit Pollux, & *γλωτ-  
τοκομῆιον* exhibent sensu proprio, ita  
constituenda sunt, — *αὐτοῖσιν αὐ-  
λοῖς ὀρμῆϊ* Καὶ *γλωττοκομῆϊ*. *ὀρμῆϊ*  
Attice pro *ὀρμῆσι*: cum *ipsis tibiis ar-  
peller* & *ligularum theca*. ΡΛΥΩ.

Βράδιον ] Idem Luc. in Solæcista:  
Vide supra *τάχιον*. NUNN. Plut. in  
vita Fab. Max. ὃ *Ἡράκλεις*, ὡς *τάχιον  
μὲν*, ἢ *ἐγὼ προσεδόκων βράδιον δ*, ἢ *αὐ-  
τὸς ἱσπευδὲ Μινούκιος, ἀπολώλεκε*. HOESCH.

Ησίοδος ] Locus est ex lib. 2. *ἔργων  
καὶ ἡμερῶν*, cum disputat de Sole; qui  
nobis tardius lucet hyeme, cum dies  
sci-



typum quidem & positionem habet verborum, quæ antiqua videntur, corrupte tamen dicitur a multis. Oportebat enim γλωττοκομείον appellare, quemadmodum scilicet & antiqui loquuntur.

Βράδιον, tardius, atque hoc Hesiodus quidem adhibet, cum inquit, Εράδιον δὲ πανελλήνεσσι φαίνεται, id est, tardius autem omnibus Græcis lucet: Plato tamen, & Thucydides, & Classici βραδύτερον dicunt.

Γρυλλίζειν, grunniere, duplex habet erratum: in pronuntiatione quidem, quia cum duobus λ effertur: In significatione vero, quia τὸ γρυλλίζειν a priscis usurpatum est in voce suum: qui autem nunc sunt, adhibent in iis, qui graviter & indecore saltant. Dices igitur γρυλλίζειν, & γρυλλισμός suum, non γρυλλισμός.

Γογ-

scilicet breviores sunt, ubi πανελλήνεσσι φαίνεται legendum causa versus. ΝΥΧΝ. Imo πανελλήνεσσι φαίνεται legendum versus causa: Prima editio inale πανελλήνεσσι φαίνεται. ΡΑΩΩ.

Γρυλλίζειν] Poll. hanc vocem tribuit coturnicibus, quam ceteri Grammatici uno consensu suis ascribunt: nisi locus est depravatus, & reponendum sit γυαλλίζειν, sublato ρ. Vox enim coturnicum est γυά γυά, a qua nostrates Valentini guallas vulgo vocant. Α autem & Α confundi apud Græcos testantur Terentianus, & inscriptiones antiquæ. & in Suda vulgato Λιούτωρ pro adjutor in litera Α. Nam quod apud Hesic. legitur γρυλλάζειν, & interpretatur γογύζειν, stare nullo modo potest, sed leg. plane videtur γρυλλίζειν, τὸ γρύζειν: nam τ & γ præsertim si majuscula scribatur, confunduntur plerunque, ut in Ptolem. Hispania Tarraconensi editum Egetasta, pro Egelasta, quæ nunc Υniesta, nobilis salis fossilis & nativi copia. ΝΥΝΝ. ἐπὶ τῶν φορτικῶς καὶ ἀσχημῶς ὀρχουμένων: Exemplum quærio, quo translatio

illa stabiliatur, audacior certe & insolentior: Si legeretur καὶ ἀσχημῶς ὀρχουμένων, modestior esset & usitator: Videndum. Illud Hesychii, Γρυλλάζειν, γογύζειν, male mutat Nunnesius: Γρύλλη, ὅων φωνή, ut sequitur apud Hesychium: a γρύλλη & γρύλλα est γρυλλάζειν: id autem non eodem modo acceptum, & alicubi per γογύζειν explicitum: Γογύζειν Lexicographo, φθίγγεισθαι, τριθορύζειν: ita scribendum: nunc male legitur τὸ θορύζειν. Idem Hesychius suo loco, Γογύσαι, ὡς χοῖρος φωνῆσαι: Si quid mutandum, commodissime igitur legi posset, Γρυλλάζειν, γογύζειν: Sed nihil muto, & in istis ἀνοματοποιούμενοις magna varietas. Hesychius ante vocem postremam, Γογύζειν, τριθορύζειν, τὸ τὰς ὕς φωνεῖν, ὅπερ ἱνιοὶ γογύζειν, τὸ αὐτὸ καὶ γρυλλίζειν λέγεται. Ubi male etiam τὸ θορύζειν pro τριθορύζειν vulgo. In prima editione est ἐπὶ τῶν φορτικῶς ὀρχουμένων absque καὶ ἀσχημῶς. ΡΑΩΩ.

γρυλλισμός] Aristot. lib. 4. hist. animal. cap. 9. Hoesch.



Γογγύλη, καὶ ἔνταῦθα ἀμάρτημα. οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ στρωγγύλου τιθέασιν, οἱ δὲ ἴνυ ἐπὶ τῆς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων γογγυλίδος καλουμένης. λέγε οὖν ἐπὶ τοῦ λαχάνου γογγυλὶς, ἀλλὰ μὴ γογγύλη.

Πάντοτε μὴ λέγε, ἀλλ' ἐκάστοτε καὶ διαπαντός.

Γενέσια, οὐκ ὀρθῶς τίθεται ἐπὶ τῆς γενεθλίου ἡμέρας. γενέσια γὰρ Ἀθήνησιν ἑορτή. λέγειν οὖν δεῖ, τὰς γενεθλίους ἡμέρας, ἢ γενεθλια.

Ἀργὴ ἡμέρα, ἀργὴ γυνή, μὴ λέγε ἀλλ' ἀργὸς ἡμέρα, καὶ ἀργὸς γυνή, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως.

Πνίγος. ἀμαρτάνουσι οἱ βραχύνοντες τὸ ι. ἐκτείνουσι γὰρ τὸ ὄνομα καὶ τὰ ἀπ' αὐτοῦ, πνιγερὰ καλύβη.

Απο-

Γογγύλη] Poll. γογγυλίδας & γογγύλας ait dici. Non addit tamen, Attice ne utrumque dicatur, an alterum tantum. τὸ γογγύλον in rotundo dici docet Gal. in glossis. Et hinc fortasse Scholiastii Aristoph. γογγύλας λίθος pro lapide rotundo. Henr. admonet in quodam exemplari MS. gloss. Galeni, τὸ γογγυλὶς exponi σρωγγύλη, quasi sit epitheton: quod mirum videtur. ΝΥΝΝ. Γογγύλη] Aristoph. in Εἰρήν. Clem. Alex. l. 2. Pæd. c. 1. γογγύλης τῆς Μαιτικῆς inter edulia meminit: γογγυλίδας autem Athenæus lib. IV. & IX. Plutarch. vita M. Cat. Hoesch. οἱ γὰρ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ σρωγγύλου τιθέασιν] Apud Aristophanem igitur in initio Pacis per γογγύλην rapam non intellexisset Phrynichus, ut Frischlinus facit & Interpres Græcus, quos sequitur Hœschellius: Alibi videbimus distinctias. ΡΑΥΩ.

Γενέσια] Hesic. ἑορτὴ πάνθιμος Ἀθηναίοις ἢ γενέσια. dies festus Insuperbis Atheniensibus. αἱ σινεβρία sacra. Amm. differre monet γενέσια & γενέθλια, ut

γενέθλια in die natali dicantur, γενέσια vero in mortuis, & propterea ait ἀκυρολογεῖν, id est, improprie esse loqui, qui γενέσια in vivis usurpet. at Phavor. cum περὶ γενεθλίων locutus esset, addit οἱ δ' Ἀθηναῖοι καὶ γενέσια λέγουσι, quod repugnat omnium Grammaticorum sententiæ. Nam quod legitur γενέσια ἢ δι' ἐνιαυτῶ ἐπιφαιτῶτα τῷ τεχθέντος μῆμη, apud Sudam, Moschopulum in Atticis, & Phavorinum, corruptum est, & τοῦ τεθνήκτος plane reponendum pro τεχθέντος ΝΥΝΝ. γενέσια γὰρ Ἀθήνησιν ἑορτὴ] Locus mutilus: Nam quæ hæc est ratio distinctio- nis? Meursius perbene in Græcia sua Feriata, γενέσια γὰρ Ἀθήνησιν ἑορτὴ πάνθιμος: eum adeas. Nunnescius hic apud Moschopulum in Sylloge recte scribit, γενέσια γὰρ ἢ δι' ἐνιαυτῶ ἐπιφαιτῶτα τοῦ τεθνήκτος μῆμη: Apud Suidam τῷ τεχθέντος manere potest, quia ille de Atticis non agit puro, & cum rudioribus ibi loqui potuit. Egregie fallor, aut apud Etymologum vocula



Γογγύλη, *garum*, & in hoc peccatum est. Prisci enim in rotundo illud dicunt: qui autem nunc sunt, in eo quod a Græcis γογγυλῆ nominatur. Dic igitur in ordine γογγυλῆς, non γογγύλη.

Πάντοτε, *semper*, ne dicas, sed ἐκάστοτε, & διαπαντός.

Γενέσια, *sacra funebria*, non recte adhibetur in die natali. γενέσια enim Athenis dies festus erat. Dicere igitur oportet τὰς γενεθλίους ἡμέρας, aut γενέθλια, id est, *natalicia*.

Ἀργὴ ἡμέρα, *otiosus dies*, ἀργὴ γυνή, *otiosa mulier*, ne dicas: sed ἀργὸς ἡμέρα, & ἀργὸς γυνή, & reliqua similiter.

Πνίγος, *æstus*, errant qui corripiunt. Producent enim nomen, & quæ ab ipso flectuntur, πνιγρὰ καλύβη, *æstuosum tugurium*.

ΑΠΡ-

vocula excidit, & pro eo, quod legitur nunc, καὶ γενέσια ἢ δι' ἐνιαυτοῦ μνημῆ, legendum, καὶ γενέσια ἢ δι' ἐνιαυτῶ τεθνήσκοντος μνημῆ. Sic sententia loci est accommodata & plana. PAUW. γενέσια, Matth. 14. γενέθλια, Plato. γενέθλιοι τελευτῶν, Joseph. HOESCH.

Ἀργὴ] Quod ἀργὸς dicatur in muliebri genere, citat Thom. Aristoph. in Nebulis & Lucian. Idem observant Eustat. & Sud. Familiaris autem Atticis huiusmodi generis mutatio, ut tradunt, qui de Dialectis scripserunt. NUNN. Philo lib. 3. de Mose, Οὐκ ἀργὸν ἔλην λαβόντες τῆ τέχνης. sed ibi m. s. Aug. ἀργὴν: ut & seq. pag. 459. ΠΡΟ ἰατριζούσης ἕδοῦς, in eod. Cod. Α. μιτριζούσης legitur. HOESCH. Prima editio Ἀργὴ ἡμέρα μὴ λέγε, ἀλλ' ἀργὸς ἡμέρα, καὶ ἀργὸς γυνή, καὶ τὰ λοιπὰ ὁμοίως. PAUW.

Πνίγος] Τὸ εἰ ante γ in primis syllabis docent Grammatici produci. Etym. tamen annotat τοῦ πνιγῆς, id est, *fur-tivus*, primam brevem esse, quia sit ab

αοριστο secundo ἔπνιγον, quamvis τοῦ πνίγος prima producat, quasi dicatur παρὰ τοῦ πνιγῆ ἀίγειν, quod *anhelitum suffocet*. Unde melius legitur in hoc loco Phrynichi MS. & in Etymol. loco extremo πνίγος cum sono inflexo in penultima, quam apud Hesic. & Sud. cum sono acuto. Phavorinus etiam τὸ πνίγος προπερισπάμενον edit: quamvis in τῷ πνιγῆς observat primam naturam produci a poetis. Nisi fortasse reponendum πνίγος, ut consentiat Etymologistæ. NUNN. Locus Etymologi, cujus meminit Nunnestius, corruptus est, & turbatus sibi que contrarius: quem hic corrigam in transitu: Scribe, Πνιγῆς, παρὰ τοῖς Κωμικοῖς ὁ Φαῦρος ἔει — ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔπνιγον· ἔξ αὐτῆ πνιγῆς. Πνίγος, οὐδετέρως καὶ σημαίνει τὸ καῦμα καὶ τὸ δίψος· καὶ παράθυρον πνιγῆς, καὶ σημαίνει τὸν κρύβανον, καὶ τὸν φημὸν τῶν ἀπαρτυγίων· τὸ μὲν πρότερον, τὸν οὐρανὸν λέγουσι, ὡς ἔει πνιγῆς· τὸ δὲ δεύτερον, Περὶ τοῦ σικυτῶ τὸν πνιγῆ, ἀπὸ τῆ τῶν φημῶν· καὶ ἔει τῶν &c.



Αποκριθῆναι, διτλὸν ἀμάρτημα. ἔδει γὰρ λέγειν ἀποκρίνασθαι, καὶ εἶδέναι ὅτι τὸ διαχωρισθῆναι σημαίνει ὥσπερ οὖν καὶ τὸ ἐναντίον αὐτοῦ τὸ συγκριθῆναι, εἰς ἓν καὶ ταυτὸν ἔλθειν. εἰδὼς οὖν τοῦτο, ἐπὶ μὲν τοῦ ἀποδοῦναι τὴν ἐρώτησιν, ἀποκρίνασθαι λέγει, ἐπὶ δὲ τοῦ διαχωρισθῆναι, ἀποκριθῆναι.

\* παρὰ Επιχάρμῳ, καὶ ἐστὶ Δώριον, ἀλλ' ὁ Ἀττικίζων γενέσθαι λεγέτω.

Πελαργός· οἱ ἀμαθεῖς ἐκτείνουσι τὸ α, δέον συστέλλειν. πελαργός γὰρ οὐδὲν ἄλλ' ἢ Ερετριακῶς πελαργός.

Ἀσπάραγος, καὶ τοῦτο δυοῖν ἀμαρτήμασιν ἔχεται· ὅτι τε ἐν τῷ π, καὶ οὐκ ἐν τῷ φ, λέγεται· καὶ ὅτι ἰδίον τι φυτὸν ἐστὶν ἄγριον ὁ ἀσφάραγος, καὶ οὐκ ἐν τοῖς ἡμέροις καταλεγόμενον. ὁ γοῦν Κρατῖνος ἐν ἄλλοις ἀγρίοις αὐτὸ καταλέγων φησὶν, αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλον καὶ σφάκον, πρὸς αὐτὰ ἀσφάραγον, κυτι-  
σόντε·

&c. Duo sunt Articuli diversi: utrumque testimonium est Aristophanis Comici: prius extat in Nubibus, postorius extabat in Anagyro, ut discimus ex Polluce Lib. 10. Segm. 54. Προπιγνῆ καλύβη rectius prima editio εἶσι, πιγνῆ καλύβη. PAUW.

. Αποκριθῆναι ] Idem Amm. & alii. addit Eustat. 1. Iliad. Homerum pro ἀποκρίνασθαι dicere ὑποκρίνασθαι. τὸ ἀποκρίναι. ἰεργητικῶς valet *disjungere*, & *reliquias cibi depellere*: ἀποκριθῆναι addito ν, poëticum est, ut idem Eustat. tradit. ἀπόκρισις est idem, quod ἀπολογία, id est *responsio*. quod confirmat Harpocr. testimonio Eupolid. Valet etiam idem, quod *secretio*, ut συγκρισις idem, quod *concretio*, ut docent Hesic & Sudas: quæ notio Atticis usitator. NUNN. Genes. 24. ἀπεκρίθησαι δὲ οἱ υἱοὶ Ιακώβ τῷ Συχίμ. HOBESCH. Editio prima καὶ ante εἰς ἓν, & postea

bis τὸ ante ἀποκρίνασθαι & ἀποκριθῆναι. PAUW.

\* παρὰ Επιχάρμῳ ] Quo verbo significarit Epicharmus τὸ γενέσθαι, nondum potui invenire. Doctiores & diligentiores, & ii quibus copia erit integrioris exemplaris, illud reponent. In nostro desunt initiales literæ, ut loquitur D. Hieronymus, ut minio notari possent. NUNN. Locus difficilis: An scribendum, Γενέσθαι, παρὰ Επιχάρμῳ, καὶ εἰς Δώριον, ἀλλ' ὁ Ἀττικίζων γενέσθαι λεγέτω? Eo pertinere videntur ista Thomæ, Γενηθεῖς, ἀπὸ τῆς γενόμενος, ἕδεις τῶν δοκίμων ἐγεγόνει γὰρ &c. Vera forte est suspicio. Articulus a prima Editione abest. PAUW.

πελαργός ] Quasi a futuro verbi πελάζω, in quo penultima brevis: ut in πλάζω, νομίζω, & ejusmodi quæ τὸ ζ cum ancipiti habent in themate. Strabo observat & Pelasgos ab Atticis πε-  
λαρ-



Ἀποκριθῆναι, *respondisse*, duplex erratum. Oportet enim dicere ἀποκρίνασθαι, & nosse, significari eo *disjunctum esse*, quemadmodum & quod ipsi adversum est συγκριθῆναι, valet *in unum & idem convenire*. Cum igitur hoc noveris, si respondēs interrogationi, dic ἀποκρίνασθαι: cum autem *disjunctum esse* volueris significare, ἀποκριθῆναι.

\* \* apud Epicharmum, & est Doricum, sed Atticus dicat γενέσθαι, *factum fuisse*, aut *fuisse*.

Πελαργός, *ciconia*, indocti producunt α, cum corripiendum sit. πελαργός enim nihil aliud est, quam Eretriace πελασγός.

Ἀσπάραγος, *asparagus*. Hoc etiam duo errata habet: unum quod cum π, non cum φ enuntiatur, alterum quod propria quædam planta est silvestris ἀσφάραγος, & non in his quæ urbanæ sunt, numeratur. Itaque Cratinus in aliis agrestibus ipsam enumerans, inquit, αὐτομάτη δὲ φέρει τιθύμαλον, καὶ σφάκον, πρὸς αὐτὰ

λαργός nominari, quod palantes ἐπιφοιτῶσιν ἐφ' οὗς ἔτυχε τόπους, ducto nomine a ciconiis. NUNN. Πελαργός οἱ ἀμαθεῖς &c ] Quid verba Phrynichi sibi velint, ignoro: Neque scio etiam, quid sibi velit Nunnescius ista notans: Mihi hic tenebræ sunt meræ. Si legeretur, Πελαργός οἱ ἀμαθεῖς ἐκτείνουσι τὸ ε, δέον συσέλλειν. πελαργός γὰρ οὐδὲν ἄλλ' ἢ Ερετριακῶς πελασγός, in illis lux appareret mihi: Quidam ε breve in πελαργός mutabant in ε longum, existimantes, πελαργός dictum esse pro πηλαργός: Eos indoctos vocat Phrynichus, quia πελαργός Eretriace dicitur pro πελασγός, in quo nihil, quod ad πηλὸν ex mente ejus accedat. Sentis? Sic ista intelligere possumus, & quod Nunnescius de πελάζω notat, locum etiam habere potest: Revera enim Grammaticus a πελάζω deducere potuit Πελασγούς, eos, qui ad omnia loca vagantes appropinquabant & accede-

bant. An igitur ita scribendum? Vide & judica: ego nihil temere assevero. πηλαργόνες nosti: Similiter suum πηλαργός intellexerint illi propter ipsam Pelasgorum antiquitatem. Articulus hic etiam non est in prima editione. PAUW. ἀσφάραγος ] Eustat. in Ili. cum φ, inquit esse ἀσφάραγον germen ex spinis natum, cum π vero, asparagum coliculum esculentum: a Cratino tamen & Theopompo (Comicum autem intelligo) cum φ efferri. Spinofam autem plantam puto hic esse asparagum silvestrem, qui *corruda* a Latinis nominatur, & a Græcis μυτάκανθα. Nam μυτάκανθα *ruscum* est Latinorum, a quo etiam coliculi nascuntur, instar asparagorum. Auctor Etym. ex lexico quodam Rhetorico hæc prodidit: ἀσφάραγον esse germen spinarum, & quoddam herbæ genus ad purgationes aptum; Atticos cum φ semper illud nomen proferre, Opicos vero cum



σόντε' ἐν ἅπασιν ἀνδέρικος ἀνηβᾶ, καὶ φλόον ἀφθονον ὥστε  
 παρῆναι πᾶσι τοῖς ἀγρίοις. ἅπαντα γὰρ τὰ καταλελεγμένα  
 ἄγρια, οἱ δὲ νῦν τιθέασιν ἐπὶ παντὸς ἀμαθῶς. τῶν γὰρ λα-  
 χάνων αἱ ἀκανθαὶ ὄρμενα καλοῦνται, καὶ ἐξορμενίζειν, τὸ ἐκ-  
 βλα-

cum π, ab iisdemque primos collu-  
 los olerum ἀσπαράγους appellari. Idem  
 Sud. retulit. uterque sane asparagus  
 diureticus est, sed silvestris alvum præ-  
 terea mollit, ut ait Dioscorides. Ga-  
 lenus item, & Athenæus adnotant no-  
 men asparagi ab Atticis cum φ scribi,  
 a ceteris vero cum π. addit Gal. 2. de  
 alim. facul. ab omnibus Græcis vocari  
 ἀσπαράγους coliculos illos teneros qui  
 crescunt ad edendum fructum aut fe-  
 men; qui tamen caulis in brassica pro-  
 prie κῆμα quasi κήμα dicatur: Diphilo  
 apud Athen. turio brassicæ ὄρμενος  
 nominatur. quin & Atticis, si Athe-  
 næo credimus, & Eustat. & Poll. ὄρ-  
 μενος ἡμερος est brassicæ. Hesic. tamen  
 & Sud. ajunt non modo turionem bras-  
 sicæ, sed corrudam etiam a quibusdam,  
 quin & ab aliis cujusvis oleris tu-  
 rionem hoc nomine consignari. Nunñ.  
 φλόον] φλίαν Theoph. accipio, quæ  
 Diosc. typha est. Nam cetera con-  
 gruunt, & quod scribit Diosc. cap. de  
 typha, ejus pappum ἀνθήλην a quibus-  
 dam nominari. Is est Theoph. lib. 4.  
 bistor. ubi loquitur de phleo, τῆ δὲ  
 φλίω (καρπὸν scilicet esse) τὴν καλου-  
 μένην ἀνθήλην, (sic enim plane legen-  
 dum) ἢ χρῶνται πρὸς τὰς κοιλίας. τὸ δὲ  
 ἐστὶ πλακακτῶδες τι ἐπίπυρον, id est, phlei  
 fructum (florem Diosc. nominavit)  
 esse eum, qui appellatur ἀνθήλη, quo  
 utuntur ad lixiviam. Est autem hoc  
 placentaceum quiddam subrubrum, ut  
 ὑπόπυρον legendum sit, quomodo etiam  
 videtur Gaza legisse. πλακακτῶδες red-  
 didi placentaceum, quamvis vid. mini-

ma mutatione ἡλακατῶδες reponi posse.  
 refert enim ille fructus typhæ, quam  
 simillime colum, quam ἡλακάτην Græ-  
 ci appellant, & Catalani nostri vulgo  
 hanc herbam propter eandem similitu-  
 dinem *filosa*, quasi dicas colum, no-  
 minant. Potest etiam τὸ ἡλακατῶδες  
 duci ἀπὸ τῆ ἡλακάτη, id est, a *lapa*,  
 aut *lino*, quod circa colum, aut fu-  
 sum volvitur: quod est quam simili-  
 mum paniculæ typhæ. Hesichius item  
 cum de ἡλακάτη loquitur, huc vide-  
 tur spectasse, ἡλακάτη, δόναξ, ἴσοι κοι-  
 νῶς τὰ γόνυα ἔχοντα, ὡς στάχυν, ὡς  
 κάλαμοι. ubi pro τὰ γόνυα lego τ'  
 ἀγόνυα, ut sint scapi & scirpi phlei,  
 qui sine nodis sunt, ἔχοντα τὸν στά-  
 χυν ὡς κάλαμοι, id est, *quorum spica*  
 (sic ἀνθήλην videtur appellasse) est ut  
*calamus*. Refert autem perbelle eam  
 formam, nisi malis parva quidem mu-  
 tatione pro κάλαμοι legere ἡλάκατον.  
 Video etiam fieri potuisse, ut essent  
 aliqua placenta illa figura paniculæ  
 phlei prædita. Nam & σφαιροειδῆς,  
 quæ placenta erant, σφαιροειδῆς, id  
 est, *globosa forma* sunt Athenæo, &  
 quod aptius est huic loco, mazas quas-  
 dam conficiebant sæminæ, ut legitur  
 in Schol. Aristoph. quas γογγύλας ἀρ-  
 pellabant a forma rapi, quæ est quam  
 simillima fructui phlei. Festus ex No-  
 vio *clavum* quandam *scirream* retulit  
 in *scirpus*: eam ego non aliam esse  
 arbitror, quam ἀνθήλην phlei, nostri  
 juncum marinum eam plantam appel-  
 lant. Gal. in gloss. de phleo, τὸ ἐστὶ  
 φλογμῶδες τι καὶ παπυρῶδες &c. ubi  
 aut



τὸ ἀσφάραγον, κυτισὸν τε, ἐν ἅπασιν ἀνδρικός ἀνηβᾶ, καὶ φλόον ἄφθορον, id est, sponte autem fert tithymalum & salviā, adhæc aspharagum, cytisumque, in omnibus cyma pubescit, & phleum copiosum, ut in iis quæ omnia agrestia sunt, recensentur. Omnia enim enumerata agrestia sunt. qui autem nunc sunt, adhibent in quavis planta inepte hoc nomen. Olerum enim caules ὄρμενα appellantur, &

aut legendum φλομῶδες sine γ, quia Schol. Aristoph. scribit φλίον ab idiotis φλόμον nominari, fortasse propter pappos, quibus similis est lanugini foliorum verbasci, aut certe λοχμῶδες, quod palustris herba sit, & in aquis nascatur. Quod addit παπυρῶδες esse, ita est. Nam & nostri e foliis phlei serilla conficiunt, ut loquitur Pacuvius, tanquam e sparto, quibus tegunt vasa multa. quin & tegetes e phleo fieri docuit Poll. & nostri hodie conficiunt. Sed hæc nimis multa de phleo, de quo in notis etiam nostris ad causas naturales Plutarchi: Sed plura in observationibus Theophrasti. Redeamus tamen ad asparagos: Plin. lib. 19. asparagum silvestrem ait a Græcis *orminon* vocari, & lib. 20. ab Atticis *orminion*: utroque loco reponendum *ormenon* ex scriptoribus Græcis. Eustat. scribit ἀσφάραγον cum φ, esse silvestrem, cum π, verumitem, & hortensem. Ex his igitur sic restitui posse existimo locum Polucis ex lib. 6. cap. 9. ἀσφάραγος ὁ ἀκαθίας ὄρμενος ἡμερος, ἀσπάραγος, quasi dicat asparagus spinosus (ut Plinio auctore docuimus) ὄρμενος appellatur, hortensis vero ἀσπάραγος. NUNN. ἢ χρῶνται πρὸς τὰς κοιλίας: Interpres: quo utuntur ad lixiviam: κοιλίαν quidem lixivium esse scimus, neque pueri ignorant. Sed in numero plurali usurpatum a Græcis non memini. Præterea ἀνθήλη, de qua hic sermo est, quem usum præstare possit lixivii,

non video. παπυρῶδες enim & floccacea materia est, quam si dicam utilem esse lixivii conficiendis, risum tollam mulierculis, quarum hoc studium est. Nugæ sunt hæc omnia. Legendum, κοιλίαις, tectoria. Penicillum tectorium intelligit, ad lævandam & complanandam & abstergendam supremum, corium tectorii. Nam est mollis materia, ut villorum. Ideo apta abstergendo. Quis neget hoc verum esse? De sequentibus verbis Theophrasti amplius deliberandum. Nam corruptissima sunt: neque admittimus ejus ἡλακατῶδες. Totus caulis cum anthele refert quidem τῆς ἡλακατῆς σχῆμα, sed ἀνθήλη ipsa sola non potest referre. Ideo eluditur tota illa conjectura de colu. SCAL. ὅτι ἰδίον τι φυτὸν ἐστὶν ἄγριον ὁ ἀσφάραγος ] ἄγριον non habet editio prima. Locus Cratini ita legendus & constituendus est, ut versus appareant: — αὐτομάτη δὲ φέρι τιθύμαλον καὶ σφάκον. Πρὸς αὐτὰ γ' ἀσφάραγον κυτισὸν τ' ἐν ἅπασιν δὲ ἀνδρικός ἀνηβᾶ, καὶ φλόμος ἄφθορος. φλόμον intellige, quæ ellychnia præbet: Nunnesius per φλόον intelligit Theophrasti φλίαν: Ut nihil aliud dicam, unde apparet, cum ita fuisse appellatum? In verbis Cratini αὐτομάτην pro αὐτομάτη, πρὸς αὐτὸ pro πρὸς αὐτὰ, ἀνηβᾶ pro ἀνηβᾶ, & ἄφθορον pro ἄφθορον perperam habet editio prima. οἱ δὲ νῦν τιθέασιν ἐπὶ παντὸς ἀμαθῶς: prima editio, οἱ δὲ νῦν τιθέασιν τὸ π ἐπὶ παντὸς ἀμαθῶς: apertius: τὸ π, vocem cum





βλαστάνειν καὶ ἐξαυθεῖν. λέγε οὖν ὄρμενα, ἀλλὰ μὴ ἀσπαράγους, ἀδόκιμον γὰρ λίαν.

Ἀσβόλη μὴ λέγε, ἀλλὰ ἄσβολος.

Σάρωσον ἐπειδὴν ἀκούσης τινὸς λέγοντος, κέλευσον παρακώρησον λέγειν. ὅτι οὐδὲ σάρον λέγουσιν, ἀλλὰ κώρημα καὶ κάλλυτρον.

Θερμότης λέγε, ἀλλὰ μὴ θερμασία.

Αἰθάλος λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, ἀλλὰ μὴ αἰθάλη θηλυκῶς.

Ἀτλαγὴν, καὶ τοῦτο παρανεύομηται τόνῳ καὶ θέσει. χρῆ γὰρ ἀτλαγᾶς λέγειν, ὥσπερ ἀλλᾶς.

Κολυμ-

π scriptam. τῶν γὰρ λαχάνων αἱ ἀκαθῆαι ὄρμια καλεῖται: editio prima, τῶν γὰρ λαχάνων αἱ ἀνθῆαι ὄρμια καλεῖται: Recte: olerum germina & cauliculi primi nunquam dicti sunt aut dici potuerunt ἀκαθῆαι: ἀνθῆαι bonum est, & commode statuminat sequens, καὶ ἐξορμειζέειν, τὸ ἐκβλαστάνειν καὶ ἐξαυθεῖν: cauliculi primi sunt olerum efflorescentiæ. ἀσπάραγος proprie dictus ἀκάθῆας habet, indeque ἀκαθῆας vocatur: sed id nihil ad olerum cauliculus, qui edules sunt, & nihil minus, quam ἀκαθῆαι: Lectio est pessima, quam ex libro suo protulit Nunnesius. De loco Theophrasti alias. PAUW.

Ἀσβόλη] ἄσβολος quidem dicitur ab Atticis, ut refert Eustat. α. Odyss. ex Aelio Dionysio, sed genere muliebri. NUNN. ἀσβόλη, Thren. 4. 8. ἄσβολος, Lucian. HOESCH.

Σάρωσον] Vid. κώρημα. Poll. addit lib. 6. σάρον fere a Græcis appellari purgamenta areæ: quanquam & τὸ σάρωθρον, id est, σκοπῆς eodem nomine

appellari observat Eustat. γ. Odyss. NUNN. Hoc male repetitum: Præcessit enim in Κώρημα: An Libri forte discreparunt, & inde repetitio illa? Prima editio κάλλυτρον pro κάλλυτρον. PAUW.

Θερμότης] Adjungit Thom. & θέσει μὴ dici. Hippoc. etiam θερμῶν pro θερμασία dixit, ut annotat Erotianus. NUNN. θερμασία, Diod. Sicul. Laërt. Xiphilin. θερμασμα, Aretæus. HOESCH. θερμὸς, θερμότης: θέσει, θερμάω, θερμάζω, θερμασία. PAUW.

Αἰθάλος] Idem paulo antea de ἀσβόλη observatum, quod nomen cinerem quoque significat. NUNN.

αἰθάλη] Lucian. πολλὴν αἰθάλην ἐπὶ τῷ προσώπῳ ἔχει. Bas. M. homil. contra Ebr. ὅταν γὰρ πλήρεις αἱ μὲνιγγες γίνωνται τῆς αἰθάλης, ἢ ὁ οἶτος ἐξαθμιζόμενος ἀναφέρει, p. 194. qua ead. pro δισμοῦνται δὲ αἱ χεῖρες in m. f. δισμοῦνται legitur, quod de manuum tremore accipere possis. HOESCH. λέγεται καὶ



ἔξ germinare & florescere dicitur ἐξορμενίζειν. Dic. igitur ὄρμενα, sed non ἀσπαράγους; inusitatum enim valde est.

Ἀσβόλη, fuligo, ne dicas, sed ἄσβολος.

Σάρωσον, verrito, cum audiveris aliquem dicentem, jubeto dicere παρακώρησον. Quia neque σάρων, id est, scōpas, prisca usurpant, sed κόρημα & κάλλυντρον dicendum.

Θερμότης, calor, dic, non θερμασία.

Αἰθάλος, fuligo, dicitur & virili genere, non tamen mulicbri αἰθάλη.

Ἀτλαγὴν, attagen, & hoc depravatum est tono, & positione. Oportet enim ἀτλαγᾶς dicere, quemadmodum ἀλλᾶς, id est, lucanica.

Κολυμ-

ἄρσενικῶς] Prima editio λέγει ἄρσενικῶς. ΡΑΥΩ.

Ἀτλαγὴν] Athen. quoque monet dicendum esse ἀτλαγᾶς Attice, non ἀτταγὴν. Idem observat Eustat. Schol. Aristoph. in Vesp. ἀτλαγᾶς inquit, quem nos vulgo ἀτλαγῆνα dicimus. Sic & ἀλλᾶς pro sarcimine dicendum monet Thom. non ἀλλάντιον. NUNN. ἀτταγὴν, P. Aegineta. ἀτλαγᾶς Clem. Al. HOESCH. ἀτταγᾶς ita dictus a voce: Ἐλιανὸς de Animal. Lib. 4. Cap. 42. Οὐκ ἔστιν ὁ ἀτλαγᾶς ἕτος τοῦ ἰδίου ὄνομα, ἢ σθένει φωνῇ φθίγγεται, καὶ ἀναμίλπει αὐτὸ: Ἄν id melius exprimit ἀτλαγᾶς, quam ἀτλαγὴν, ideoque huic praelatum illud? χρὴ γὰρ ἀτλαγᾶς λέγειν, ὡς περὶ ἀλλᾶς: Et sic ἀτταγᾶς facit genitivum ἀτταγᾶντος, ut ἀλλᾶς ἀλλᾶντος: quo pertinent etiam ista Athenæi Lib. 9. Cap. 9. περισπῶσι δ' οἱ Ἀττικοὶ παρὰ τὸν ὄρθον λόγοι τῶνομα: τὰ γὰρ εἰς ας λήγοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβᾶς, ὅτε ἔχει τὸ α παραλήγον, βαρύτερον ἔστιν ὅσον ἀδάμας, ἀκάμας. In

plurali tamen ἀττάγαι & ἀττάγας invenitur apud Aristophanem, Pollucem, ipsum Athenæum, & alios: Quare aliter flexum fuit in hoc, quam in illo numero, & ἀλλᾶς in solo singulo expressit. Atque hinc est, quod rectius legeretur apud Athenæum statim post verba adscripta, λεκτέον δὲ καὶ ἀττάγαι, καὶ οὐχὶ ἀτταγάντες: Id enim longe convenientius ibi, quam quod vulgo editur, καὶ οὐχὶ ἀτταγῆνες: Vident omnes. Articulus hic etiam non est in prima editione Calliergi. ΡΑΥΩ.

tono & positione] Tono quidem, quod τὸ ἀτταγὴν tono acuto, τὸ ἀτταγᾶς inflexo proferatur: positione vero, quia aliud thema ἀτταγὴν, aliud ἀτταγᾶς, neque eodem modo utrumque declinatur. Athen. annotat contra consuetudinem τὸ ἀτταγᾶς cum accentu inflexo in ultima scribi, quia nomina polysyllaba finita in ας, acuntur in penultima: ut ἀθάμας & ἀκάμας. NUNN.

Γ 3.

Κολυμᾶ



Κολυμβάδες ἐλαῖαι οὐ λέγονται, ἀλλὰ ἀλμάδες ἐλαῖαι χῶ-  
ρίς τοῦ ι.

Γρηγοῶ, γρηγορεῖ, οὐ δεῖ, ἀλλ' ἐγρήγορα λέγειν, καὶ  
ἐγρήγορεν.

... Αὐθέντης μηδέποτε χρῆσιν ἐπὶ τοῦ δεσπότητος, ὡς οἱ περὶ τὰ  
δικαστήρια ῥήτορες, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αὐτόχειρος φονέως.

Ἀγῆσθεν, εἴ τις εἴποι, ὅτι ἐν τῷ συνθέτῳ Λυσίας κέχρηται  
καταγῆσθαι, μὴ πάνυ πείθου. ἦχε μὲν γὰρ λέγουσιν, καὶ  
Δημοσθένης ἦχασιν λέγει, ἀλλ' οὐκ ἀγῆσθαι.

Μεσιδιωθῆναι τέτριπλαι καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις, καὶ ἐν τοῖς  
συμβολαίοις· ἀλλὰ σὺ μεσεγγυηθῆναι λέγε.

Καλ-

Κολυμβάδες] Sic etiam a Plin. nomi-  
nantur, & in Glossario κολυμβάς,  
colymbas. Nam quod additur in eo-  
dem glossario *granea*, quid sit nescio.  
Poll. *μητριδάς* vocat oleas hujusmodi,  
quasi in muria natantes. κολυμβάς ma-  
le leg. apud Athen. pro ave urinatri-  
ce, ut & apud Arist. κολυμβρίς: reponen.  
in utroque κολυμβίς ex Eustat. &  
aliis. NUNN. Revera ἀλμάδες conveni-  
entius, quam κολυμβάδες, si leviter  
modo attendas. PAUW.

exemto jota] Thom. docet absque  
ε, dicendum ἐλαῖα tam in arbore, quam  
in fructu, quod probat testimonio il-  
lustrium Atticorum. NUNN.

Γρηγοῶ] Eustat. Odyss. γ. ἐγρηγοῶ  
cum quatuor syllabis usitatum Home-  
ro, posterī etiam cum tribus illud  
pronuntiant, quod Oratoribus non  
probatur. NUNN. Prima editio Γρηγο-  
ῶ, ἐγρηγορεῖ pro Γρηγοῶ, γρηγορεῖ.  
PAUW.

Αὐθέντης] Sic & Thom. in τῷ δεσπο-  
τεῖα observat priscos nunquam αὐτιν-  
τεῖαν pro δεσποτεῖα dixisse, quamvis Syn-

esius illo usus fuerit. αὐτέτης enim  
idem valere, quod φοιῆς, id est, in-  
terfector, ut ipse confirmat Herodoti  
testimonio. Schol. Thucyd. docet,  
vulgo etiam usurpari τὸ αὐτέτης in do-  
minis. Hinc manavit illud ἀφένδι,  
quod vulgus Græcorum pro domino  
passim usurpat. Harpocr. illud tan-  
quam singulariter dictum observat,  
quod Lysias in oratione pro Eratosthe-  
ne αὐτέτης dixit in triginta tyrannis,  
qui non seipso, sed alios occidebant.  
Idem repetit Sud. ex Harpocr. ut alia  
multa, quod semel satis sit monuisse.  
Addit tamen idem, si, ut vulgo fie-  
bat, in domino diceretur, improprie  
dici. Etym. auctor ait vulgo usurpari  
pro eo qui in sua potestate, non al-  
terius est, & libere vivit. Quam no-  
tionem sequitur Hesic. Addit Etym.  
proprie dici αὐτέτην in eo qui seipsum  
perimit: quod & Schol. Eurip. con-  
firmat. Ex his perspicuum sit, quod  
& Etymol. significat, præpostere hoc  
nomen cum θ vulgo scribi, ψιλῶ enim  
ψιλῶ adjungitur, aut sicubi adspiran-  
dum



Κολυμβάδες ἐλαῖαι, *oleæ conditaneæ*, non dicuntur, sed ἀλμάδες ἐλαῖαι, exempto ι.

Γρηγορῶ, γρηγορεῖ, *vigilo, vigilat*, non oportet dicere, sed ἐγρηγόρα, ἐγρηγόρεν.

Αὐθέντης nunquam usurpes pro *domino*, ut rhetores, qui forum tractant, loquuntur, sed pro eo qui sibi manus affert.

Ἀγνόχεν, *duxit*, si quis dicat Lyfiam usum esse verbo conjuncto, καταγνόχασι, ne magnopere illud scquaris. ἤχε siquidem dicunt, & Demosthenes ἤχασι usurpat, non autem ἀγνόχασι.

Μεσιδιωθῆναι, *fidei jussorem fuisse, jussum esse pecuniam deponi apud sequestrem*, tritum est in foro, & in commerciis: tu tamen dic μεσεγγυηθῆναι.

Καλ-

dum sit, τὸ α adspirandum esse: ut sit αὐτὸν ἔντεσι φερέων, *seipsum armis interimens*. Schol. autem Apollonii in eo dictum annotat, qui sua manu alterum occidat. Gaza novum esse pro auctore docuit. NUNN. αὐθέντης, ὁ κύριος. αὐθέντρια, ἡ κυρία. αὐθεντία παντοκρατορική, & βασιλική καὶ αὐθεντική εἰσοδος, Clem. Al. αὐθεντείας καὶ δυναστείας ἐπιθυμεῖν, Chrysof. lib. 3. de Sacerd. αὐθεντεῖν τῆς ἀσεβείας, impietatis auctorem esse, Athanas. HOESCH. αὐθέντης & αὐτόχειρ ejusdem sunt indolis, & quod χεῖρ est in αὐτόχειρ, ἔντος est in αὐθέντης: ἔντος, instrumentum; χεῖρ, manus: ἔντεα ab ἔντος est: ab ἔντος, ἐντεύω: Hesychius, ἔντεα, παρεσκιάζειν. ἔντος, ἐντεύω: ἐντύω vulgatius, sed minus naturale. αὐθέντης, qui ipse struit & parat omnia, idque facit jure suo: unde αὐθέντης pro auctore & domino, qui omnia struendi & parandi facultatem sibi habet solus: Nihil planius: Grammatici de Etymo dicunt, quæ vocem obnubilant. Phrynicho, quo utor, commode adscri-

ptus locus ille Euripidis in Supplicib. Καὶ μὴν ὅπε γε δῆμος αὐθέντης χθονός, Ἰπῆσιν ἄσοῖς ἠδεται νεανίαις. Atticista Mæris, Αὐτόδικον, Ἀττικῶς αὐθέντην, Ἑλληνικῶς. Scribe Αὐτόδικον: Nam ita Attici loquuntur libentius: Thucydides Lib. 5. Cap. 19. & ibi Scholiast. Hesychius, Αὐτόδικοι, οἱ ἑαυτοῖς δικασαῖς χραῖμενοι. Pro μηδέποτε χρήση prima editio μήποτε εἴπης. ΡΑΥΩ.

ἐπὶ τῷ αὐτόχειρος] Sap. 12. 6. Philo, σαυτοῦ δὲ γέγονας αὐθέντης. HOESCH.

Ἀγνόχεν] Qui scribunt tamen de dialectis, animadvertunt pleonasmum esse Atticum ἀγνόχα. Thom. etiam inquit melius dici εἰσῆχε, quam εἰσαγνόχεν. NUNN. ἀγνόχεν, Tobie 12. ἀγνόχασι, Genes. 46. προσαγνόχασι, Levit. 10. προαγνόχεν, Philo. idque Atticum esse, Herodianus & alii Grammatici docent. HOESCH. ἀλλ' οὐκ ἀγνόχασιν: prima editio ἀλλ' οὐ καταγνόχασι: male. ΡΑΥΩ.

Μεσιδιωθῆναι] Poll. docet auctoribus clarissimis Atticis dici verbum μεσεγγυῶν, & nomen μεσεγγυος, & μεσεγγυῆς.



Καλλιγραφεῖν ; διαλελυμένως λέγουσιν. ἐκεῖνοι εἰς κάλλος γράφειν.

Ἀκμὴν ἀντὶ τοῦ ἔτι, Ξενοφῶντα λέγουσιν ἅπαξ αὐτῷ κεχρησθαι. σὺ δὲ Φυλάτιου χρησθαι, λέγε δὲ ἔτι.

Εἶπεν καὶ ἔπειτεν ἐσχάτως βάρβαρα. εἶτα οὖν σὺ καὶ ἔπειτα λέγε.

Ἀπόπαλαι, ἔκπαλαι, ἀμφοῖν δυσχέρανε. ἐκ παλαιοῦ γὰρ χρὴ λέγειν.

Ἀνατέλλει μὲν ἑρῆς ὁ ἥλιος, ἐπιτέλλει δὲ ὁ κύων, ἢ ὁ Ωρίων, ἢ ἄλλο τι τῶν μὴ ὡσαύτως τῷ ἡλίῳ καὶ τῇ σελήνῃ περιουόντων.

Εὐ-

γύημα. Harpocr. τοῦ μισεγγύμα, & μισεγγύημα meminit. Thom. observat μισέγγυον dicendum, non μισίτην, pro sponsore & sequestri. NUNN. μίσος, μισίδιος, μισιδίω: Sic apud Aristotelem Politicor. Lib. 5. Cap. 6. stabilitur μισίδιος ἄρχων, de quo dubitabat Stephanus in App. Thef. ΡΑΥΩ.

Καλλιγραφεῖν] Locum converti, ut legi in nostro exemplari: sed cenfeo sic legendum ex epitoma & Phavorino. Καλλιγραφεῖν οὐ διαλελυμένως λέγουσιν ἐκεῖνοι, σὺ δ' εἰς κάλλος γράφειν, id est, καλλιγραφεῖν non usurpant disjuncte illi, scilicet qui in foro & commerciis versantur, quorum in proximo verbo meminit, tu autem dic εἰς κάλλος γράφειν. in Phavor. Basileensi deest τὸ οὐ, quod est addendum. Thom. sic, εἰς τάχος γράφει, celeriter scribit, & εἰς κάλλος γράφει dic, non ταχυγράφος, neque καλλιγράφος. NUNN. Ita, ut Nunnesius corrigit, prima Editio, quam hic Epitomen vocat. Legi etiam posset mutata distinctione, Καλλιγραφεῖν, διαλελυμένως λέγουσιν ἐκεῖνοι εἰς κάλλος

γράφειν. ἐκεῖνοι, scilicet Attici: ἔχε μὲν γὰρ λέγουσιν de Atticis præcessit Articulo altero abhinc, neque persona est in Articulo proximo: Attende; non incongruum hoc. Libri forte disceparunt, & inde lectio duplex. Pollucis καλλιγραφεῖν Lib. 5. Segm. 102. aliud, & male id cum hoc componit Stephanus in Thef. Idem dicendum de κεκαλλιγραφημένη λέξις Laërtii, & κεκαλλιγραφημένοι νόμοι Josephi: Nam de ipsa scriptura & ipsis literis strictè accipiendus est Phrynichus: Eleganter literas pingere, non καλλιγραφεῖν, sed εἰς κάλλος γράφειν dicunt Attici: & similiter εἰς τάχος γράφειν, non ταχυγραφεῖν, literas celeriter pingere. ΡΑΥΩ. καλλιγραφεῖν, Fl. Joseph. lib. 2. περί ἀρχαίολ. p. 950: HOESCH.

Ἀκμὴν] Sud. ait Hyperidem quoque & Sophoclem usos τῷ ἀκμῆν pro ἔτι, & citat testimonia. Isocr. quidem ad Demon. σὺ μὲν ἀκμῆν φιλοσοφεῖς, tu adhuc philosopharis. NUNN. ἀκμῆν pro ἔτι rectè improbat Phrynichus: Nam lon-



Καλλιγραφεῖν, *pulchre scribere*, separatim vulgo usurpant: illi εἰς κάλλος γράφειν.

Ἀκμὴν, pro ἔτι, id est, *etiam*, dicunt Xenophontem semel eorum usum fuisse. Tu autem cave utaris, sed dic ἔτι.

Εἶτεν, & ἔπειτεν, *deinde*, Ἐ postea, summe barbara sunt: εἶτα igitur dic, & ἔπειτα.

Ἀπόπαλαι, & ἐκπαλαι, *jam olim*, utrumque repudiato. Oportet enim dicere ἐκ παλαιού.

Ἀνατέλλει, *oritur*, dices quidem de Sole: ἐπιτέλλει vero de cane, aut Orione, aut alia quavis stella, quæ cursum Solis & Lunæ non pariter sequuntur.

Εὐ-

longe plus est ἀκμὴν, quam ἔτι: sciunt, qui Linguam a limine salutarunt. Ζενοφῶντα λέγουσιν: Locus igitur Grammatico non erat ad manum: eo pertinet λέγουσιν. Mæris Atticista, Ἀκμὴν ἔδειξεν τῶν Ἀττικῶν ἀντὶ τοῦ ἔτι, εἰ μὴ μόνος Ζενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει Ἑλληνικῶς δὲ χρῶνται. verba quære, si lubet Locus Sophoclis apud Suidam perperam adducitur, & pertinet ad ἀκμὴν. Prima editio φυλάττω pro φυλάττω χρῆσθαι. PAUW.

Εἶτεν] Eustat. Iliad. 6. ex Aelio Dionysio εἶτα & ἔπειτα Attica esse dicit, Ionica vero εἶτεν & ἔπειτεν, & propterea Herodotum his usum apud Phavor. legitur εἶτε & ἔπειτε. quod autem refert ex Luciano Constantinus in suo thesauro ἐπιίτεγε ἀλλὰ, non est ἔπειτε, sed ἐπεὶ cum duabus conjunctionibus τε & γι: ut apud Pausan. ἐπιίτε γὰρ τάχιστα. NUNN. De Herodoti εἶτεν & ἔπειτεν videndum. Quid autem εἶτα? An ab εἰ est εἶτα, ut ἀδὴ δῆτα? Ita Etymologus: quo sensu, nescio. Dicam, quod suspicor: εἶτα

ad ἔω refero: ἔω, εἴω, εἶτον, εἶτα adverbialiter: *eundo, progrediendo*: Sic ordinis adest notio? Sentis? Ab ἐπιίω similiter est ἔπειτα. Prima Editio Εἶτε καὶ ἔπειτε: quam secutus est Phavorinus. PAUW. εἶτεν, ἔπειτεν, pro εἶτα & ἔπειτα in Geographicis, nuper hic editis, non semel occurrit. HOESCH.

Ἀπόπαλαι, ἐκπαλαι] Vide supra ἐκοτοτε. NUNN. ἐκπαλαι, 2. Petr. 2. HOESCH. ἀμφοῖν δυσχεραίνε] Prima editio ἀμφοῖν δυσχεραίνω. PAUW.

Ἀνατέλλει] Moschop. in Atticismis, ἀνατολή proprie, inquit, in ortu Solis, ἐπιτολή vero in ceteris astris, quæ post occasum Solis apparent, etiam si paullo ante ortum Solis orientur. Achilles Staius in prolegomenis Arati, inquit, ἀνατολή appellari, si una cum Sole astrum oriatur, non post ortum Solis, ἐπιτολήν vero cum mane ante Solis ortum astrum oritur. NUNN. Philo p. 392. ὡς ὁ ἥλιος (ἀνατείλας, e m. s. Aug.] τὰ κεκρυμμένα τῶν σωματῶν ἐπιδείκνυται. Ead. pag. pro δύναντος in m. s. δύντος legitur. HOESCH.

G

Εὐ-



Εὐκαιρεῖν οὐ λεκτέον, ἀλλ' εὖ σχολῆς ἔχειν.

Ἐξεπιπολῆς λέγουσιν τινες, οἰόμενοι ὅμοιον εἶναι τῷ ἑξαίφνης οἶον, ἑξεπιπολῆς, ἑξαίφνης. ἀτόπως. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἀνευ τῆς ἐξ προθέσεως εἶπον ἐπιπολῆς.

Ἐνδον εἰσέρχομαι, βάρβαρον. ἔνδον γὰρ ἐστὶ, καὶ ἔνδον εἰμὶ, δόκιμον. δεῖ οὖν εἶσω παρέρχομαι λέγειν. εἶσω δὲ διατρίβω, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἔνδον διατρίβω.

Κλη-

Εὐκαιρεῖν] Lucian. tamen videtur illud probare, cum inquit, τῆς ἀνάγκης ἀφιδέντες ἠεκαίρουσι τι τῶν κρείττωνων ἐπιπολῆς, solutis necessitate otium surretebat ad res meliores cogitandas, quamvis Henr. otium in cogitatione consumebant reddit, & aliud esse arbitratur. NUNN. Chion epist. XVII. τί γὰρ κάλλιον, ἢ ἀνδραποῦ ὄντα θνητῆς φύσεως, καὶ θεοῦ κεκραμένον μείζω, μόνοις εὐκαιρεῖν τοῖς ἀθανάτοις ἑαυτοῦ; Plut. in apophtheg. Lacon: διὰ τοῦτο πάντας σὺ κακῶς λέγεις, ἵνα ἀπολογούμενοι μὴ εὐκαιρεῖν περὶ τῆς σῆς κακίας λέγειν. Philo p. 494. τῆς διανοίας ἐνευκαιρούσης ἐκάστῳ. ubi paulo ante, cum m. s. rectius forte legeris τοῖς ἐν τῇ ξένη σποράσιν ἀσφαλῆ καθοδὸν παρῆεν, quam cum editis σποράδην. Idem p. 542. ἐνευκαιρεῖν τοῖς αὐτοῖς ἀδελφύμασι, m. s. ἀποπήμασιν. Idem p. 665. ὄχλος, πλεθρὸς ἐστὶν ἐπιτετηδευκὸς γλωσσαλογίαν, καὶ ἐνευκαιροῦν διαβολαῖς καὶ βλασφημίαις. HOESCH.

Ἐξεπιπολῆς] Lucian. in Solæcista idem innuit: quapropter suspectus mihi ille locus est Luciani ἐν τῷ περὶ πίνθους, quem Lexicographi quidam citant, τὸ πρόσωπον ἐξ ἐπιπολῆς ἀμύσσειν, id est, faciem summam lacerare. non enim idem ibi irridet Solæcistam aut barbarum aliquem loquentem. repo-

nendum igitur videtur sine præpos. ἐπιπολῆς. Henr. tamen retinet, ut conjuncte legatur, quasi ἑξαίφνης, nulla tamen adducta ratione. Nam quod addit apud Hesc. & alios legi τὸ ἐξ ἐπιπολῆς disjuncte, nihil ad hunc locum. Hesc. enim ea etiam quæ non sunt Attica, persequitur. Thom. cum mo- neat idem, confirmat sine præpositione efferendum testimonio Thucydidis & Aristidis. NUNN. Dicam breviter: ἐπιπολῆς non est adverbium, sed substantivum: ἐπιπολέω, ἐπιπολή, superficies: ἐπιπολῆς Elliptice dictum pro κατὰ ἐπιπολῆς, & duo ista proinde bona: κατὰ ἐπιπολῆς, ἐπιπολῆς, in superficie: Qui ἐξεπιπολῆς dicebant, idque comparabant cum ἑξαίφνης, dupliciter errabant: Nam primo ἐπιπολῆς male habebant pro adverbio; & dein præpositionem quam substantivum respuit, cum eo copulabant perperam: ἐπιπολή, superficies, pars extrema & suprema: ea non fert ἐξ, sed κατὰ: Nam a superficie aliquid sumitur, non ex superficie, quæ plana est, & cavum non habet, in quo aliquid reconditum esse potest. Et eo pertinet locus Luciani in Solæcista, ἐξεπιπολῆς δὲ τινος εἰπόντος, ἐκ τῆς ἐπιπολῆς εἶπεν, ὡς ἐκ τῆς πιθάνης: ἐκ τῆς ἐπιπολῆς non corrigit Solæcismum,



Εὐκαιρεῖν, *vacare*, non est dicendum, sed εὐσχολῆς ἔχειν.

Ἐξεπιπολῆς, *in summo*, adhibent quidam hoc, existimantes simile esse τῷ ἐξαίφνης, *repente*, ut liceat utroque uti: absurde. prisci namque absque præpositione ἐξ, dixerunt ἐπιπολῆς.

Ἐνδον εἰσέρχομαι, *intus ingredior*, barbarum est. usitatum enim est ἔνδον εἶσι, *intus est*, & ἔνδον εἰμι, *intus sum*. Oportet igitur dicere εἰσω παρέρχομαι, *intro ingredior*; ne autem dicas εἰσω διατρίβω, *intro commoror*, sed ἔνδον διατρίβω, *intus commoror*.

Κλη-

mum, sed explicat, eique adjunctum ὡς ἐκ τῆς πιθάκης, *monstrat Solœcismi indolem exemplo perspicuo*: Ita scilicet ἐκ τῆς ἐπιπολῆς dicis, ut diceres ἐκ τῆς πιθάκης: ac si superficies esset πιθάκη & πιθάκης instar, ex cuius sinu & cavo aliquid sumi potest, quæque intus continet sumendum: Nihil convenientius: Sic Luciani locus est perspicuus, & eum omnes intelligunt statim. Prima editio, οἶον, ἐξεπιπολῆς τοῦ παντός: recte: Inepte hic, οἶον, ἐξεπιπολῆς, ἐξαίφνης. Sequens εἶπον ea etiam omittit. PAUW. Theodoret. q. 2. in Josuam, ἡ δὲ ἐξεπιπολῆς διάνοια τοῦτο δηλοῖ. HORSCH.

absurde ] Recte. Nam, ut scribit Moschop. in eclogis, non ut in vulgatis quidem, sed ut in nostro exemplari, ἄφνω αἰεὶ χωρὶς προθέσεως, ἐξαίφνης πάντοτε γράφεται μετὰ προθέσεως, id est, ἄφνω *semper sine præpositione scribitur, ἐξαίφνης vero ubique cum præpositione*. NUNN.

Ἐνδον] Idem Eustat. Σ. Odyss. & Ammon. apud quem eodem modo legitur, ajunt differre τὸ ἐκεῖ & ἐκεῖσε, ut ἐκεῖ sit in loco, quod valet *ibi*, ἐκεῖσε vero in locum, quod efficit *illuc*. Observatione autem magis dignum, apud eundem τὸ ἐνταυτοῖ, id

est, *hic*, in loco tantum significare; at ἐνταυθα, & ἐνθάδε, & ἐνθα tam in loco quam ad locum declarare: quod ille multis exemplis & testimoniis clarorum scriptorum comprobat. Carilib. I. eandem differentiam docet in Latinis *intro* & *intus*, quæ est in Græcis εἰσω & ἔνδον. Thom. hoc loco dissentit a Phrynicho, ac docet tribus testimoniis, Demosthenis nempe, Aristidis & Libanii, τὸ εἰσω in statu dici: qui locus cum a Phavorino repeterebatur in τῷ εἰσω, multa detracta in editione saltem Basileensi, sine quibus illa stare non possunt, quæ ibi afferuntur. Responderi fortasse posset Thomæ, τὸ εἰσω non significare statum ἀπλῶς & καθ' αὐτὸ, sed cum συντάσσεται casui patrico, quod docent exempla ab illo proposita. Nam si quispiam rogetur πῶς ἔστι τίς; non respondebit εἰσω præcise, sed cum adjunctione εἰσω τῆς οἰκίας, aut ἔνδον tantum. NUNN. Thomas frustra est in redarguendo Phrynicho: Nam exempla ista non curasset Grammaticus: sicuti etiam non curasset ea, quæ Ammonius adducit, sed ita, ut κατάχρησις agnoscat: Quod Nunnescius ad eam excusandam comminiscitur, non est ullius momenti: ab eis est εἰσω. PAUW.

G 2

Κλη-





Κληρονομεῖν τόνδε. οὐχ οὕτως ἢ ἀρχαία χρῆσις, ἀλλὰ κληρονομεῖν τούδε.

Θρίδακα Ἡρόδοτος ἰάζων εἶπεν. ἡμεῖς δὲ θριδακίην, ὡς Ἀττικοί.

Ἐπίκλιτρον ῥητέον, οὐχ ἀνάκλιτρον.

Ἐπίδοξον, τὸν προσδοκώμενον καὶ ἐλπίζόμενον ἑρεῖς, οὐχ ὡς οἱ ἀμαθεῖς, τὸν ἐπίσημον.

Μάμμη, τὴν τοῦ πατρὸς ἢ μητρὸς μητέρα οὐ λέγουσιν οἱ ἀρχαῖοι, ἀλλὰ τίτθην. μάμμη μὲν οὖν καὶ μάμμιον τὴν μητέρα. ἀμαθὲς οὖν τὴν μάμμη ἐπὶ τῆς τίτθης λέγειν.

Ἐσχα-

Κληρονομεῖν] Thom. plerumque ait συγγασσισθαι hoc verbum casui gignendi, semel adjungi casui accusandi in oratione quinta Leuſtrica Aristidis demonstrat. Sud. ait cum significat capere, aut participem esse, adjungi patrico casui, alioqui accusativo, ut cum significat invenire, aut habitare: sed exempla quæ affert, videntur potius Alexandrina, quam Attica. Constant. in lexico suo affingit Phrynicho, utramque syntaxim rectam illi videri. ΝΟΥΝ. Dicam in transitu: Locus ille Suidæ mutilus est in istis, Ὅς γι κε κληρονομηκας τῶν φίλων τῆ κηδεῖν: Scribendum, Ὅς γι κε κληρονομηκας τῶν φίλων τῆ κηδεῖν χρημάτων πλειόνων: Verba sunt Demosthenis in Orat. pro Corona circa finem. Editio prima concise & alio modo, Κληρονομεῖν τούδε, οὐ τῷδε: Utrumque bonum est & stare potest: Nam & in re, & in persona, obtinebat diversitas ista. ΡΑΥΩ. Κληρονομεῖν τόνδε] Genes. 15. accusandi; apud Lucian. & Synes. gignendi casu. HOESCH.

Θρίδακα] Athen. docet item θριδα-

κίην ab Atticis appellari, & a Stratide θριδακίδα. Sud. nostris, inquit, θριδακες, quæ Atticis θριδακίαι. Gal. 2. κατὰ τόπον ait vulgo usurpatum nomen θριδακίης in silvestri lactuca, quæque non coleretur in hortis, θρίδακα verò in hortensi; sed de Atticismo nil. Quæ ab Athenæo lib. 3. vocantur θριδακίαι Ἀττικαί, non sunt lactucæ, sed maza, aut placentæ, quæ & θριδακίσκαι ab Alcmane appellatæ sunt; ut idem docet. Quem locum Henr. male de lactucis, hoc est herba, refert, cum de placentis omnino ab Athenæo afferatur. ΝΟΥΝ. Helladius Befantinus apud Photium, μάζης μὲν εἶδες οἱ παλαιοὶ θριδακίην καλεῖσιν, τὴν δὲ βοτάνην θρίδακα: οἱ δὲ ἰατροί, θρίδακα μὲν τὸ ἡμῶν λάχανον, θριδακίην δὲ τὸ ἀγγεῖον καλοῦσιν. Ubi legendum est sine dubio, τὴν τε βοτάνην θρίδακα: Nam θριδακίην Attice, & maza & herba: Hesychius in V. Etymologus in θρίδαξ. Pollux Lib. 6. Segm. 46. & 76. Alii. Editio prima non habet εἶπεν post ἰάζων. ΡΑΥΩ. θρίδαξ, Lucian. Athen. θριδακίην, P. Aegineta, Aelian. HOESCH.

Ἐπι-



Κληρονομεῖν τόνδε, *heredem esse huius*, non hoc utuntur antiqui, sed illo κληρονομεῖν τοῦδε.

Θρίδακα, *lactucam*, Herodotus Jonice dixit, nos autem Θρίδακίνην, exemplo Atticorum appellemus.

Ἐπίκλιτρον, *lectulum*, dicendum, non ἀνάκλιτρον.

Ἐπίδοξον, appellabis eum qui expectatur & speratur, non ut imperiti *insignem*.

Μάμμην, *aviam*, non appellant antiqui matrem patris, aut matris, sed τίτην: μάμμην vero & μάμμιον, matrem. Ineptum igitur est μάμμην dicere pro avia.

Εσχα-

Ἐπίκλιτρον] Idem ex Aristoph. monet Poll. lib. 6. Schol. Aristoph. in ἐκκλησι. εἶδος κοσμίου: cui addit Sud. cum idem repetit, ut alia multa ex illis Scholiis, γυναικείου, id est, *species ornamenti muliebris*. Eustat. α. Odyss. ἀνάκλιτρον εἶδος θρόνου esse inquit, id est, *speciem quandam sella*. NUNN. ἐπίκλιτρον est pars κλίνης, in quam caput acclinat: quæ ideo fortasse rectius ἐπίκλιτρον, quam ἀνάκλιτρον vocatur ex sententia Phrynichi. Quod hic dicit ille, Pollux Lib. 6. Segm. 9. dicit etiam istis, τὸ δὲ καλέμενον ἀνάκλιτρον, ἐπίκλιτρον Ἀριστοφάνης εἶπε. τὸ καλέμενον designat τοὺς πολλὰς & vulgum: Locus Aristophanis apud Pollucem extat Lib. 9. Segm. 72. ex ejus Anagyro petitus. Alter ex Thesmophoriaz. huc plane non pertinet: Aliud enim exhibet ἐπίκλιτρον, quod sibi supponebant vel substernebant mulieres Veneri operaturæ: Ideo ἀποβάλοις τὸ ἐπίκλιτρον dixit Comicus, & Interpres Græcus una cum Suida vocem explicuit εἶδος κοσμίου γυναικείου. Viri Eruditi errant: Plura alias. ΡΛΥΩ.

Ἐπίδοξον] Idem Amm. in differentia

